Quid inter Lodoicum STREBAEVM ET IOACHIMVM *Perionium non conueniat in Politicῶn Ariſtotelis interpretatione.*

PARISIIS

Ex officina Michaëlis Vaſcoſani,in uia quæ eſt ad diuum Iacobum,ſub Fontis inſigni.

M. D. XLIII.

Cum priuilegio.

QVID INTER LODOICVM STREbæum & Ioachimum Perionium non conueniat in Politicôn Ariſtotelis interpretatione.

Strebæus lectori.

LIbros Ariſtotelis de ciuili ſcientia latinè reddebam, & ex illis à græco quinq; ferè conuerteram, quum Ioachimus Perio*nius, homo nunquam antè mihi uiſus, ad me uenit. Viro quod erat in manibus non oſtendi modò, ſed etiam meum de re cœpta conſilium omne patefeci.* Non *ſuſpicabar id fore, quod accidit, ut in tanta ſcriptorum multitudine, ſibi potiſſimùm deligeret id quod prior occupaſſem. Non enim uidebam cur opus à me factũ, ſibi denuo faciundum putaret, niſi aut cognitione rerum, aut græci ſermonis uſu, aut facultate dicendi, aut his omnibus præſtare ſe arbitraretur, & hominem, qui* Lutetiæ, *palàm, multis audiẽtibus, ſupra decem & quatuor annos græca atque latina profeſſus, deinde philoſophiam, ius ciuile, & mathematica ſecutus, longo iam tempore ſtylũ diligenter exercet, multis orationibus in hominum conuẽtu dictis, pluribus ſcriptis, plurimis & diſputationum & declamationum certaminibus cõfectis, libris aliquot diuulgatis, homo omnibus hiſce rebus minimè exercitatus cõtemneret.* Ego *ſimplex & incautus non intelligebam quid haberet in animo. Continuò decerptis aliquot è* Cicerone *uerbis opus aggreditur, & ocium ſummum nactus, antè rem conficit, quàm manus extrema noſtris imponi poſſet. Agitur enim mecum præclarè, ſi diebus ſingulis ſingulas horas quaſi ſuffurari, & in ſcri-*

tiones quibus aliquoties cum doctiſſimis ſcriptoribus uſus eſſem, Barbaras cenſeri: omnia repudiari quæ in libris Tullianis non leguntur. Atque etiam mecum ipſe cogitabam, tam multas támque diuerſas interpretationes & librarijs & lectoribus eſſe detrimento, quòd illi operam & pecuniam, hi operam & oleum perderent. paucos eſſe uiros acri iudicio, & ingenio culto: multos, quibus hæc ferè ſcribuntur, rudi & indocto, qui recta ac praua diſcernere non poſſunt. alijs alia uideri, alia placere. neminem ſcripſiſſe, quin repererit ſectatores. His *igitur rebus adductus, maximè quòd iſtius iudicio mea ſcripta contempta fuerant, æmulatione laceſſita, ſermone extenuata, ſcripto reprehenſa, mihi de literis ſine ulla contumelia, ſine maledictis, ſine ulla reprehenſione morum, (hunc enim uirum bonum & religioſum iudico) certandum fuit, & de interpretatione noſtra diſputandum.* Id *mihi ſine ullo uitio facere licet.* Nam *ſi in ſcholis publicis magna contentione* Chriſtiani *ſæpe decertant, ſi libris ſcriptis errata corrigunt, ſi apologijs digladiantur, cur idem mihi non licet, præſertim quum agere uelim modeſtiſſime?* Acerbius *egit* Laurentius Valla *in* Pogium *&* Raudenſem, Beſſario *in* Trapezuntium, Georgius *in* Domitium, Beroaldus *in* Seruium, Eraſmus *in* Fabrum *& alios pleroſq;, in* Ruellium Marcellus Vergilius, *in* Morum Brixius. Alios *nominare poſſum uiros bonos & ſanctos qui inierunt hoc certamẽ aut laceſſiti, aut communis utilitatis amore correpti.* Perionio *iucundiſſima debet hæc eſſe pugna, qui nullam quam amittat ſibi literis famam comparauit.* Modeſtiam *ſeruabo, maledicta fugiam, nomen* Ioachimi *non inſerã libris quos manere uolo: hoc ſcripti genus breui perire cupio, & ea de*

cauſa ſeparatim profero. Notaui breuiter quæ in tribus libris perperam ſcripſiſſe mihi uidebatur, ut hæc qui legent, de cæteris coniecturam capiant: & ut ſi iterum certandum ſit, aliquid mihi faciam reliqui: quanquàm tam multa ſunt hominis iſtius in oratione uitia, ut niſi magno uolumine capi non poſſint omnia. Paucis igitur, ne abuterer opera lectoris, contentus, libros, paginas, uerſus, ut res manifeſta deprehēderetur, ſignaui. Si mihi reſpondeat, utatur pari moderatione: eodem modo notet numeros: fugiat calumnias: ne dicat, Cicero non ita loquitur, ſed ſic, Nemo ſcriptor bonus ita loquitur. Sæpe reliqui uerba à Cicerone cōtexta, ne mea puerilis eſſet, ut iſtius, imitatio. Primùm tueatur ſua. nam quomodo uincet aliena, aut qua authoritate fretus inuadet in alios, qui ſe defendere non potuerit? Ne dicat, Ita Faber, ita Leonardus uertit. ab illorum ſententia quum ſæpe deflectit, indignos quibus fides adhibeatur, oſtendit. Quia nullū præter Ciceronem probat, illius exemplis omnia confirmet. Deinde ſi uolet, inſpiciat noſtra, ac uitia demonſtret, ut intelligamus tandem quibus rebus adductus illa deſpexerit.

Pagina 1, *uerſiculo* 8.

INueſtigat & exquirit) στοχάζονται uerbum eſt à ſagittarijs ſignum ſcopúmue petentibus tranſlatum: iſte malè cõuertit inueſtigat, à uenatoribus tranſlatione ducta. In *annotationibus ſcribit,* Si *dicam hoc modo,* Eius *quod bonum eſſe uidetur gratia omnes agunt omnia, non ſatis ſplẽdida uidebitur oratio. Splendidã quærit orationem, qui ſtatim initio committit uocales aſperè cõcurrentes, non eaſdem, ut,* Ego *omni officio: ſed diuerſas, atque uaſtas, Quia omnem. qui paulò pòſt minimè coactus ter repetit omnes, qui malè claudit* τοῦτο τὸ κῶλον, *omnemq́; ſocietatem utilitatis alicuius cauſa conſtitutam.* Me *uerò non pœnitet huius orationis,* Propter *id quod bonum uidetur, omnes agunt omnia.*

Seruilis imperij) δεσποτικὸν, quod eſt imperium domeſticũ Verſi. 10.
in ſeruos, ut Cic. *loquitur pro* Cecin. *conuertit imperiũ ſeruile. ab hero tamen nomen habet, non à ſeruo.* Itaque *herile dico.*

I*nſtituta hac diſputatione)* κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον. Verſi. 17.
id eſt, ut quæ uiã monſtrauit doctrina ratióq;, iubet. Loqui*tur* Ariſt. *de ratione partiẽdi totius in partes, & generis in ſpecies, quæ iam fuerat inuenta. iſte non intelligens græca, uertit* μέθοδον *hanc diſputationem,* ὑφηγημένην *inſtitutã, quaſi* ὑφηγεῖσθαι *ſit inſtituere.*

P*rincipio neceſſariũ eſt)*Prætermittit *hæc omnia,* ἀνάγκη Verſi. 25.
δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι, *præterquam duo uerba, refertque ſolùm ad marem & fœmi-*

nam, quæ etiam ad dominum & ſeruum pertinent.

Pag. 2. uer. 12. *Gladium Delphicũ)* πενιχρῶς, *id eſt per inopiam, reliquit ut uerbum ocioſum.*

Verſi. 17. *Barbarorum ſocietas heri ac ſerui iure continetur)* ἀλλὰ γίνεται ἡ κοινωνία αὐτῶν, δούλης καὶ δούλου. *Iſte* δούλην, *id eſt ſeruam, conuertit herum. Ariſtoteles hoc dicit, uir barbarus eſt ſeruus: mulier barbara, ancilla.*

Verſi. 21. *In primis tibi quære domum)* ἀροτῆρα, *id eſt aratorem, inquit in annot. omiſi, quòd aptè in uerſu mihi uiſus eſt non poſſe conſiſtere. Si non poteſt, cur excuſat neceſſitatem? ſi poteſt, cur nõ ponit? Cur autem nõ poteſt? quis figuram mutare uetat? Addit uerſiculum,*

Emptam, non ductam, poſſis cui tradere boues.

in quo producit ſyllabam natura breuẽ, bŏues. Vergilius,

Ille meas errare boues. Poſſis cui tradere boues,

ὦ χάριτες, ὦ μοῦσαι.

Pag. 3. uer. 30. *Iura dat unuſquiſq; liberis & uxoribus) duo ſunt fragmenta carminis, quæ ſi non animaduertit, quàm diligenter legit poetas? Si uidit, cur, ut antè, uerſum non fecit?*

Verſi. 5. *Deos aiunt regnare) Regnare pro parêre dixit, ſed tandẽ in annot. rediјt ad ſe, niſi quòd dicit deos parêre regibus. Ariſt. uerò ponit* τὸ αὐτοί, *ut referremus ad homines, nõ ad deos: quod iſte quum relinquit, omnem ſententiã confundit.*

In Caput ſecundum. 3. uerſi.

Rerum omnium ſatis magna abundantia) Ariſtot. addit, ὡς ἔπος μὲν εἰπεῖν, *id eſt ut ita de re propoſita dicam. ut ſi audacius dixiſſet ciuitatem peruenire ad extremum finémque rerũ omniũ, uerba mollius interpretaretur. Nã quæ ciuitas eò péruenit? Iſte uerò credidit illa uerba quatuor ocioſa.*

Ciuitatis

Ciuitatis origo ad uiuendum, inſtitutio ad bene uiuendum refertur) Ariſtoteles, πόλις οὖσα, id eſt ciuitas conſtituta. Iſte πόλιν οὖσαν conuertit inſtitutionem ciuitatis. At inſtitutionem præire neceſſe eſt, deinde ciuitatem conſiſtere. Verſi.4.

Cum præſertim) quàm ſæpe hoc cum ponat ante præſertim, uidebis ſi uoles: tamen hîc Ariſtoteles nihil habet eiuſdem rei: & Cicero cum alijs dicit, Præſertim cum. Inculcat idem hoc uerbum, refertur, quum de fine agitur, quaſi aliter loqui non liceat. Verſi.6.

Quale quicq; eſt à primo ortu) Ariſtoteles, γενέσεως τελεσθείσης, id eſt re genita atque perfecta. Magnum diſcrimen eſt inter ortum primum, & rem perfectã. Iſte rem inchoatam pro re perfecta, principiũ pro fine ponit. Quòd ſi dicat à primo ortu idem eſſe quod poſt primum ortum, nihil erit, quia inter ortũ primum, & finem perfectionis, aliquid eſt medium, ut inter ortum primum arboris palmæ, & palmam genitam atq; perfectam. τελεσθεῖσα redditúrne rectè prima? Verſi.7.

Hominem animal aptum ad cœtus, ad concilia, ad ciuitates) Ariſtoteles, ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῷον. Laudamus hãc uerborũ copiam, quandò uni uerbo tria redduntur: ſed quũ paulò pòſt iterum cœtus ſine ulla neceſſitate repetitur, hoc laudare non poſſumus. Verſi.12.

Sine tribu, ſine iure) ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος. Quatuor ſunt pedes carminis heroici, quod non intellexit Ciceronianus iſte: alioquin uſus eſſet uerſu. Verſi.16.

Solus homo particeps rationis) Ariſtoteles, λόγον ἔχει. λόγον reddit hîc rationem, nec animaduertit philoſophum paulò pòſt agere de uoce beſtiarum, & ita oſtendere diſcrimen inter ſermonem atque uocem, non inter rationem & uocem. Verſi.22.

Itaque paulò pòſt,Sermo,inquit, ualet ad explicandũ &c. Nonne *ſermonis eſt explicare?*At Cicero *uertit hunc locum.* Itáne *uerò?*Quî *ſcis?unde noſti?*Somnias.Cicero *non interpretabatur hunc locum, ſed dicebat hominem rationis eſſe participem.quid ad hanc rem?*

Pag.2.uerſ.6. *Quarum quidem rerum cõmunione &c.)* ἡ δὲ τούτων κοινωνία ποιεῖ οἰκίαν καὶ πόλιν.*id eſt,hominum ſocietas domũ conſtituit, & ciuitatẽ.* τὸ τούτων *refert ad res,*Ariſtoteles *ad homines.*Hoc *enim dicit,* Hominum *ſocietas initur propterea, quòd explicare ſciũt & quod prodeſt,& quod obeſt,quódque bonum & malum,iuſtum & iniuſtum,ſentiunt.*Et *horũ ſcilicet hominum ſocietas ciuitatem conſtituit.* Num *communione mali & iniuſti,familiæ ciuitatesq́; continentur,ut iſte dicit?*Num *ſtant omnes bonitate & iuſtitia?*

Verſ.11. Nec *pes ſit futurus niſi ſocietate nominis)* Quod *genus hoc loquendi, pes eſt ſocietate nominis?*Ariſtot. ὁμωνύμως, *id eſt nomine manente, ratione mutata.* Iſte ὁμωνύμως καὶ συνωνύμως *uerteret eodem modo, quia tam in ſynonymis q̃ in homonymis eſt ſocietas nominis.*

Pag.3.uerſ.4. At *uerò iuſtitia popularis eſt)* Ariſt.δικαιοσύνη,πολιτικόν. ἡ γὰρ δίκη πολιτικῆς κοινωνίας τάξις ἐστίν. ἡ δὲ δίκη τοῦ δικαίου κρίσις.Iſte *putat* δικαιοσύνην καὶ δίκην *hic idem ſignificare, quia nunquã legit,ut ſcribit in annot.* δίκην *pro iudicio poſitam.* Legiſtíne Demoſt.περὶ στεφάνου,*ubi dicit,*φόνου δίκην εἰσάγων,*id eſt,uocãs in iudiciũ de cæde?*Quid?Legiſtíne Ciceronis *tertiam actionẽ in* Verrẽ,*Scribitur* Heraclio *dica?* Hîc Cicero *tuus dicam pro iudicio ponit.* Nunc *fateare neceſſe eſt in* Ci*cerone reperiri quæ minimè legiſti.*Hic *locus* Ariſtotelis*(inquis) lubricus eſt & perdifficilis.* Sanè: *ſed facis interpretando*

tando ut non modò perdifficilis,ſed etiam inacceſſus ſit, ac nemini qui te ſequatur, peruius: nec ingrederis ipſe. Accipe tu philoſophi mentem. δικαιοσύνη eſt iuſtitia, uirtus illa quæ cuique ſuum reddit. δίκη legibus latis, iure deſcripto, iuriſdictio. Iuſtitia, inquit, res ciuilis eſt,hoc eſt uinculũ ciuitatis. Nam quum iudicia exercentur à magiſtratibus iudicibúſque, & legum iuríſque interpretatione quid iuſtitia uelit explicatur, manet ordo ciuitatis : uis autem iudicij in explicando iure conſiſtit. Scribis in annotationibus, δίκαιον iuſtum dicere in neutro, ridiculum eſt. Falſum. Cicero ſecundo de legibus, Ex quo intelligi par eſt, eos qui pernicioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerint, quiduis potius tuliſſe q̃ leges: ut perſpicuũ eſſe poſſit, in ipſo nomine legis interpretando ineſſe uim & ſententiam iuſti & iuris colẽdi. Vidéſne iuſtum in neutro ut δίκαιον eſſe poſitum? Ciceroniano Cicero ridiculus eſt.

In tertium cap. uerſi. 1.

Ex partibus conſtet.) Ex partibus conſtet ciuitas, ex familijs conſtet, ex ſeruis & liberis conſtet: præclara ſanè copia uerborum, quum in eadẽ periodo toties perſtrepit conſtet. Ad eum locum ſcribit, οἰκίαν non dico domũ, ſed familiã, quia Ariſtoteles non intelligit fundamentũ & lapides &c. Quum Cicero dicit in libro de ſenectute, Tantam domum Appius regebat & ſenex & cæcus, intelligítne ædificium, an rem familiarẽ? Terẽ. in adel. Vxor ſine dote ueniet, intus pſaltria eſt, domus ſumptuoſa. nónne familiam dicit? Lege Xenophontẽ in œconomico, docebit te quid ſit domus. Quũ dicis familiam, probo: quum domus pro familia ponitur, nõ improbo. Virg. Aeneid. 4. Miſerere domus labentis.

Verſi.6. *Primæ autem minimæ & partes)ita loquitur iſte,nõ ita, primæ autem & minimæ partes.*

Verſi.9. *Hæc ſunt autẽ,dominatus,res uxoria, & patrium imperium, quoniam hæc ipſa proprio non appellatur nomine) Quàm uitioſum eſt iſtud hyperbaton?quàm facilè uitari potuit,ſi rem uxoriam poſuiſſet tertio loco?*Ariſtot.*non poſuit. Quid tum?*Habenda *ratio linguæ latinæ.*

Verſi.16. *Aſſerre poſſimus)* λαβεῖν, *id eſt aſſequi,uertit aſſerre, quaſi ſit idem capere,& aſſerre.*

Verſi.19. Partim *contra naturã)* παρὰ φύσιν,*inquit in annot. dicamus ſemper cõtra naturam, nunquã præter.* Damnat Ciceronẽ,*qui de diuinatione dixit,* Quicquid *enim oritur, qualecunque eſt,cauſam habeat à natura neceſſe eſt, ut etiamſi præter cõſuetudinem acciderit aliquid,præter naturam tamen non poſſit exiſtere.* Fatetur *præter pro contra à* Cicerone *dici,negat præter naturã poſſe dici.* Quæ*, malum,ſuperſtitio eſt iſta?*

Verſi.24. Neque *enim uiui poteſt,aut honeſtè uiui.)* Quàm *uenuſtè dixit uiui pro eo quod eſt uitam duci?*

Pag.2.uerſi.1. Q*uemadmodum cæteris artibus,ſic rei familiari ſua inſtrumẽta ſuppetũt.)*ὥσπερ ταῖς ὡρισμέναις τέχναις. τὸ ὡρισμέναις *cõuertit cæteris.*Quid *abſurdius?*Præterea *dicit rẽ familiarẽ eſſe artẽ,quod negabũt omnes.* Quũ *dicimus ornos & cæteras arbores, ornos arbores eſſe dicimus.* Ita *quoq; colligendum ex iſtius oratione artem eſſe rem familiarem.*

Verſi.6. Poſſeſſio *commoditatũ copia)*ἡ κτῆσις πλῆθος ὀργάνων ἐστί. Ariſt.*dicit,opes hominis, inſtrumẽta eſſe plura.*ὄργανα,*id eſt inſtrumenta,reddit iſte commoditates, quàm bene,iudicent alij, ego probare nõ poſſum,quòd nemo intelliget quid uelit*

*lit, qui græca neſciet. qui ſciet, inſtrumenta dicet eſſe com-
moda, multas uerò commoditates uidebit quæ non ſunt in-
ſtrumenta.*

Miniſter *inſtrumentum omniũ præſtantiſſimum)* ὄργανον *Verſi. 8.*
πρὸ ὀργάνων, *id eſt inſtrumentum antecedens ac promouẽs in-
ſtrumenta.* V*ertit inſtrumẽtum omniũ præſtãtiſſimum, quaſi
loquatur more phyſicorum de naturæ humanæ præſtantia,
non(ut hîc* Ariſtoteles*) de inſtrumentorum differentia.Ser-
uus non ſemper eſt domino ſuo inſtrumentum omniũ præſtã-
tiſſimum, ſed illud unde maximum fructum percipit.* Q*uid?
uerba philoſophi non intelligebat.*

D*ædali inſtrumẽta.)* Conuerto, D*ædali ſtatuas, propter-* *Verſi. 11.*
ca quòd olim fama erat D*ædali quædam ſigna uinciri pe-
dibus, ne aufugerent, de quibus* Plato *in* Memnone. τοῖς
δαιδάλου ἀγάλμασιν οὐ προσέσχηκας τὸν νοῦν, *id eſt non animad-
uertiſti* D*ædali ſigna.* Vide Eraſ*mum in prouerbio,* D*ædali
opera, cognoſces iſtum male conuertiſſe* D*ædali inſtrumẽta,
& quid ſibi uellet philoſophus, minimè uidiſſe.*

I*nſtrumenta quæ cõmemoraui)* τὰ λεγόμενα ὄργανα, *id eſt* *Verſi. 15.*
*quæ dicuntur inſtrumenta: conuertit inſtrumenta quæ com-
memoraui: & quod eſt omnium, tribuit uni.*

P*ectine fit aliquid præter eius uſum, ueſte & lecto uſus* *Verſi. 16.*
tantummodo. Q*uis unquam ſic locutus eſt, ſit uſus ueſte?*

V*ita in actione non in effectu)* Propriène *dicit effectum* *Verſi. 20.*
pro effectione? an nullus eſt effectus uitæ?

Q*uædam ſimul ac orta ſunt, ita diſpertita ſunt, ut eorum* *Pag 3 uerſi. 6.*
partim pareant, partim imperent & præſint.) τὰ μὲν ἐπὶ
τὸ ἄρχεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ τὸ ἄρχειν, *id eſt alia ad obtemperãdum
nata, alia ad imperandum.* Ariſt. *non dicit ſtatim imperare*

& præeſſe,ſed ad imperandum nata.Tu uerò non intelligis quod ſit diſcrimen inter hæc,ridere, & ad ridendum aptum eſſe:præeſſe,& ad imperium naſci.

Verſi. 8. *Qui præſunt, & qui parent.)* ἡ ἀρχὴ ἡ τῶν βελτιόνων καὶ ἀρχομένων. τὸ καὶ, παρέλκει,*ut multis in locis.hoc philoſophus dicit, Melius imperium,quod habetur in meliora.Dignitate ſubiecti metitur imperij præſtantiã,ut fit in artibus & ſciẽtijs.quod iſte non intelligens,uertit,qui præſunt, & qui parent.& addit,hominis imperium melius eſt quàm beſtiæ,pro eo quod eſt,maius eſt homini quàm beſtiæ imperare.*

Verſi. 15. *Pars quæ imperat & quæ paret in animantibus,perſpicitur,qũoniã in ijs quæ beneficio uitæ non utũtur, eſt quidã principatus) Quid ſibi uult illud quoniam?* Ariſt. *non dicit quoniam.*Non *enim confirmat quod dixerat,ſed* καὶ γάρ, *id eſt etenim,uel quinetiã.tu uno uerbo peruertis utranq; ſententiã.*Nec *in eodẽ loco bene conuertis* οἷον *quaſi. non enim tranſlatio eſt,ſed exemplũ.Quis ita loquitur,in mẽbris animantium eſt quidã principatus quaſi in corde,pro eo quod eſt,ut in corde?*

Verſi. 17. *Sed hæc non ſunt huius diſputationis)* ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως.*id eſt,Sed hæc fortaſſe nimis alienæ ſunt contemplationis. Quod philoſophus non affirmat, iſte affirmat.* V*erbum græcum, quod non intelligebat, quaſi ocioſum relinquit.*

Verſi. 18. *Animal conſtat ex animo & corpore.)* In *annot. multa ſcribit de uerbo conſtituo & compono,quæ facilè refellerẽ, ſi hîc aut conſtitutum aut compoſitum dixiſſem.* In *præſens tempus omitto.* V*bi non ita multò pòſt dico, in deprauatis atque corruptis:iſte ſic,deprauatorum & uitioſe affectorũ.*

non

nõ audet ſic uti uerbo corrũpẽdi:improbaret illud Virgilij,

Tũ Cererẽ corruptã undis,cerealiaq; arma

Expediũt feſſi rerũ. *Vtitur ibidẽ mira copia, Secũdũ naturã affecta,corpore affectus,uitioſe affectorũ,cõtra naturã affecti.Habes Ciceronianũ,q ſplẽdidã q̃rit orationẽ.*

Exquo perſpicuũ eſt &c.)Lege,ſi placet,hanc periodũ: reperies uſq; adeò confuſam, ut deieres nunquã ſic obſcurè & ineptè locutũ Ciceronẽ, quem iſte ſolum colit,& in quem metamorphoſi quadam mutat Ariſtotelem. Verſi. 19.

Viciſſim parêre & imperare, obeſt omnibus.)τὸ ἀνάπαλιν ἀρχικῶς,cõuerto præpoſterũ imperiũ,iſte uiciſſim parêre & imperare.ἀνάπαλιν, ĩquit Heſychius,ἐκ τοῦ ἐναντίου,id eſt è cõtrario,ut quũ imperat corpus,animus obtẽperat.Paulò antè philoſophus dicebat utile eſſe animum imperare corpori, nũc cõtrarium affert,obeſſe corporis in animũ principatum. Pag.4.uerſ.2.

Quorũ munus & officiũ in functionibus corporis omne poſitũ eſt)ἔργον reddit officiũ, nec uidet homines de quibus agit philoſophus,operarios & operas à Cicerone dici.Itaq; pro opera dicit officiũ,& functiones corporis pro laboribus qui pertinent ad corpus.Egregiè ſanè. Verſi. 11.

Qui alterius iuris eſſe poteſt) Splendidam tandem inuenit orationem. Verſi. 15.

Natura ſeruũ fecit eum qui rationis eſt particeps tantũ quantũ ſenſu mouetur)Locutionẽ hãc, inquis in annot.Cic. planè expreſſit ad uerbum,Sed inter hominẽ & beluã hoc maximè intereſt,quòd hæc tantũ quantũ ſenſu mouetur, ad id ſolũ quod adeſt,quodq; præſens eſt,ſe accõmodat.Erras tota uia.Seruũ à belua nihil differre putas,quaſi ſeruus nõ ſit rationis particeps.Cõparas cũ belua,quòd tãtũ ſenſu nõ Verſi.16.

animi ratione moueatur: & ſcribis eũ rationis eſſe participẽ. Nũ qui rationis eſt particeps, tãtum ſenſu mouetur? Deinde quî fieri poteſt ut illam nõ habeat, cuius eſt particeps? Non *capis philoſophi mentem.* Hoc *ſtatuit, omnibus hominibus eſſe rationem, nec tantũ ſenſu, ſed etiam ratione mentéque moueri: eſſe tamen nonnullos qui non habent illam rationem quæ ſciat imperare, ſed illam quæ ſentiat imperantis uoluntatẽ. itaque paulò pòſt,* τὰ γὰρ ἄλλα ζῶα ὐ λόγου αἰσθανόμενα, *id eſt animalia muta rationem non ſentiũt.* I *nunc, &* *quum* Cic. *tuus dicat inter hominem & beluam aliquid intereſſe, dic nihil intereſſe.*

Verſi. 19. F*unctionum maior in his diſtinctio eſt)* καὶ ἡ χρεία δὲ παραλλάττει μικρόν, *id eſt uſus parũ differt.* I*nuertis* A*riſtotelẽ, & quæ dicit parum differre, dicis plurimũ differre: & pro uſu functionẽ, pro differentia diſtinctionẽ ponis, quòd uſitata uerba tibi ſordeſcunt.* I*n hoc minimè* Ciceronianus *es.*

Verſi. 28. P*erſpicuum eſt enim, ſi tantæ in corporibus &c.*) Ci*cero uult orationem eſſe dilucidam, hac tua nihil obſcurius, nihil confuſius.*

Pag. 5. uerſi. 2. I*n animis exiſtunt hæ ipſæ uarietates.*) δικαιότερον ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο διωρίσθαι. *id eſt, iuſtius idem in animo cõfirmare.* V*t ſigna ducis deſerit iſte* Ciceronianus? V*t aptè concludit orationem proximam, ſic, pulchritudinem cernere?*

I*n cap. quart. uerſi. 2.*

Bi*fariam ſeruire dicitur, & ſeruus.*) Di*cítne* Ci*cero, bifariam dicitur, ut tu?* Bi*fariam ponit pro bipartitò, quum de diuiſione rerũ agitur.* Sic Li*uius & cæteri.* Q*uum mihi reſpondebis, utare uelim* Ciceronianis *uerbis, propterea quòd aliorũ ſcripta repudiaſti.* Q*uicquid apud* Cicerone *nuſquã*

reperitur

reperitur, tibi barbarum eſt.

Eſt enim quidam ſeruus contra leges.) κατὰ νόμον δοῦλος, *id* Verſi.3.
eſt lege ſeruus. κατὰ νόμον *&* παρὰ νόμον *pro eodem ponit. do-
ctè. At corrigit in annot. Legendum eſt, inquit, ſecundum le-
ges, nõ cõtra leges, Itáne uerò? Id demũ ſenſit, quũ mea per-
lêgit. Age bone uir, ſcribe de optimo genere interpretandi.*

In his ſunt docti.) σοφὰς *uertit doctos, quaſi doctrina ac* Verſi.7.
ſapientia nihil differant.

Vt quæque uirtus maximè munita eſt) φόπον τινὰ ἀρετὴ Verſi.10.
τυγχάνουσα χορηγίας, *id eſt, quodãmodo uirtus, cui ſuppetit fa
cultas. Vide ut Ciceronianus erret ſplendidam quærens
orationem.*

Quandoquidem his rationibus ſeparatis, reliquæ neq; Verſi.16.
firmitatis quicquam neq; ullam &c.) Ariſtoteles *hoc dicit,
alijs ius uideri, imperare ualidiorẽ, alijs contrà.* Horum *ſen
tentiam refellit. Iſte treis ſententias minimùm complectitur.*
Nam *ſeparat duas rationes, reliquas tertio loco ponit, nec
uidet in* Ariſtotele τὸ ἄτεροι λόγοι, *tãtùm de duobus dici.* He-
ſych. ἄτερος ὁ εἷς τῶν δύω.

Omnino nobile) Mauult *cõuertere* ἁπλῶς *omnino, quàm* Pag.2.uer.5.
ſimpliciter. Exiſtimat *in hoc genere loquendi barbarè dici,
quum* Cicero *dixerit eodem modo, ſimplex & abſolutũ, &
ſimpliciter dictum.*

Diuina ſatam ſtirpe de parentibus.) Helena *ſata eſt de* Verſi. 7.
parentibus? Mirum. *Quibus igitur? Eſt'ne aliquis ſatus ab
alijs quàm parentibus?* Theodectes *non dicit ſatam de pa-
rentibus, ſed eius utrunque parentem è ſtirpe deorum pro-
diiſſe,* ἀπ' ἀμφοῖν ἐκγόνοιν. *Ille præclarè nobilitatem generis
auget, tu uerò ocioſa uerba inſeris, & barbarè loqueris,*

C

Quis ita locutus eſt, ſatam de parentibus? dicimús ne amatum de parentibus, an à parentibus? Adde quòd *dum condis uerſiculos duos tenues & miſeros, bis collocas pedem choreum: quod in iambis non faciebant ueteres tragœdiarũ ſcriptores, in quibus fuit is cuius uerba conuertis.*

Verſi.9. Virtute *& uitio ſeruum & liberum definiunt cõtineri.)* V*acátne uerbũ contineri?* Ariſt. κακίᾳ διορίζεσθαι. Cic. *de oratore, Philoſophi cauſam lite aut deliberatione aut laudatione definiunt.* Num *dixit, ut tu, definiunt contineri?*

Verſi.13. Q*uibus ex rebus ſtatuti ſint ij quorũ alteri ſeruitus utilitati eſt, alteri imperium.)* Ariſt. ἐν τισι διάφορος τὸ τοιοῦτον. *id eſt, Explicatum eſt nonnihil ſimile in quibuſdam inueniri. Quid ais bone uir? Quibus* ex rebus *ſtatuti ſint ij &c. Quis intelliget hæc?* In *eadem periodo mirandum in modũ commiſces omnia.* Vide Ariſtotelem, *& noſtra: quod dico, facilè cognoſces.*

Verſi.18. E*adem utilitas partis & uniuerſi.) Si ſic,* Eadem *utilitas partis & totius, actum erat de lingua latina.* At Cic. *ita loquitur, Corporis bona alia ponebat eſſe in toto, alia in partibus. Cur ab uſitato genere dicendi philoſophos quũ probè loquũtur, auocas?* Cur *omnibus de oĩbus moues ſuſpicionẽ?*

Verſi.22. D*ominus & ſeruus amicitia coniuncti ſunt, quippe quos hoc pacto natura colligarit.)* τοῖς φύσει τούτων ἠξιωμένοις. Non *dicit iſtud, quippe quos natura hoc pacto colligarit, ſed hoc, ſi natura dignos genuit, illũ dominatu, hunc ſeruitute. hypotheſin mutas in affirmationem.*

Verſi.26. N*eque (ut aiunt quidã) omnia imperia uiciſſitudine contineri)* Ciceroniane, *quid eſt hoc,* I*mperia uiciſſitudine contineri?* Viciſſitudo, *ut* Cic. *uſurpat, eſt uarietas & commutatio.*

tatio. Socrates autem, quem refellit hoc in loco philoſophus, non dicit imperia eſſe uaria ac diuerſa, ſed eſſe rationis eiuſdem, ſolo obedientium numero differre. Ariſtoteles, *ὁ ταυτὸν ἔστι πᾶσαι ἀλλήλαις αἱ ἀρχαί. id eſt, omnes magiſtratus, ſi inter ſe conferuntur, non ſunt idem.* Tu uerò *qui ſcribis de optimo genere interpretandi, uertis hæc uerba ſic,* Neq; ue*rum eſt (ut aiūt quidā) omnia imperia uiciſſitudine cōtineri.*

Hæc enim *liberorum eſt natura.*) *ἡ μὲν γὰρ ἐλευθέρων φύσει. id eſt, aliud eſt imperium eorum qui natura ſunt liberi.* Verſi. eodem. Ad *quid refers hanc particulam, hæc?* Ad *imperium. Solœciſmus eſt igitur, quia natura latini caſus eſt.*

Prudentia *domeſtica uni præeſt.*) *ἡ μὲν οἰκονομικὴ, μοναρχία. id eſt, imperiū domeſticū monarchia eſt, & unius principatus.* Ibidem. Dicis *ſcientiam rei familiaris uni præeſſe,* Ariſt. *unū domi imperare.* Optimum *genus interpretandi.*

Aequo *iure uiuentibus continetur.*) Quoties *repetit hoc uerbū, contineri, continetur, continentur, continebantur?* Oc*cidit miſeros crābe repetita magiſtros.* At Ciceronianū *eſt.* Vltimo uerſi. Ita *ſanè* Ciceroniane, *etiā quū uacat, ut paulò antè apud te.*

Non *ex ſcientia nominatur, ſed ex eo quòd talis ſit.*) Hoc Ciceronianum, *non ex ſcientia nominatur: hoc philoſophicū, ſed ex eo quòd talis ſit.* Pag.3. uerſi.1.

Illic *enim mercede docebat pueros & ſordida uulgariáque munera*) Illud, *mercede docebat, probo, q̃q̃ reddo accepta mercede, propterea quòd ſic habent græca, λαμβάνων τὸν μισθόν.* In *multis elegantiæ fidem antepono.* Hanc *uerò locutionem, pueros & ſordida uulgariáq; munera docebat, probare non poſſum.* Verſi.3.

Munera) *διακονήματα, id eſt miniſteria.* Mauult *uti ge-* Verſi.4.

nere q̃ ſpecie, ut facilius intelligatur.i.ut non intelligatur.

Verſi.7. *Seruus ſeruo præſtat, & dominus domino.)* δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου. *Nõ animaduertit bonus poeta hic eſſe iãbicũ ſenariũ. Aliter igitur uertit, q̃ facere inſtituerat.*

Verſi.9. Imperandi *ars eſt.)* δεσποτικὴ ἐπιστήμη, *id eſt domini ſcientia.* Latius *patet ars imperandi, quàm domini ſcientia.*

Verſi.14. *Quocirca quibus licet à periculis & malis abeſſe &c.)* Hoc *dilucidũ dicẽdi genus, ſi dijs placet.* Perlege *totũ locũ.*

Verſi.15. *Quæſtuaria ars, uel uenatio.)* Nõ *probo, inquit in annot. artem uenatoriam, piſcatoriam &c.* Nõ *probat, & utitur.* In *eo genere eſt ars quæſtuaria.* Feci, *inquit, ne omnia cõmutare uiderer.* Probé. *Nam quæ tractas, omnia penè cõmutas. Sed cur uteris ſi nõ probas? Quis te coegit?* Poterat *aliter dici. Cur alia cõmutas & deprauas, quæ nullo modo licet?* Deinde, *cur nõ probas?* Cic. *argentariam, topiariam, & oratoriam uim dicendi pro rhetorica dixit. Cur licuit* Plinio *in epiſtolis dicere inſtrumentum uenatorium, ſi non licet dicere artem uenatoriam?* At Cic. *non dixit.* Neſcio, *quia non extant omnia quæ ſcripſit: & argumentum fallax eſt, non dixit, non debet igitur dici. Quomodo igitur uteris multis uerbis quæ apud* Cicero. *nuſquam reperiuntur? cur illa non improbas? cur, ut hæc, non refers in commẽtarium?* Ad *quos ſcribis? ad beluas, quæ neſciant recténe an praue loquare? Sed iam commoueor, ad alia ueniamus.*

In *caput 5. uerſ. 2.*

E*andẽ rationẽ ordinemq́; ſeruabimus.)* Q*uò refers illud uerbum, eandẽ?* A*riſt. nõ habet, ſed* κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον. N*eſcis, ut antè dixi, quid ſit* τὸ ὑφηγημένον.

Verſi.5. *Vtrum ars parandarum diuitiarũ eadem ſit, quæ res familiaris.)*

miliaris.) τῇ οἰκονομικῇ, id eſt œconomicæ ſcientiæ. Ariſt. in œcono. rem familiarẽ œconomicæ tanquam materiã ſubiicit, tu uerò materiam ponis artis loco, quaſi architectura & trabes non differant, & οἰκονομικὴν uertis rem familiarẽ.

An ut fabrica æraria ſtatuariæ.) Quorſum iſtuc, fabrica? Quum dixiſſes pectinariam, textoriam, ſtatuariam, & nihil adieciſſes, poterátne intelligi quid eſſet æraria, niſi fabricæ nomen addidiſſes? hæc ſunt epitheta quæ addũtur arti, non fabricæ. Verſi. 7.

Voco materiam rem propoſitam) ὑποκείμενον, id eſt ſubiectam. Cur mauis propoſitam, quum ſit minus proprium? Cicero tuus habet, Hæc tanquam aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debet. Ac ita loqueris, Voco materiã, rem propoſitam, ut lana textori: dicerem, lanam. Paulò pòſt, eſſe quidem eandem prudentiam domeſticam, & artem parandarum diuitiarum. Horridum loquendi genus. Verſi. 9.

Si enim eius eſt qui arte parãdarum opum præditus ſit.) χρηματιστικῷ. Budæus ſcribit hoc uerbum ſignificare hominem ad rem augendam impigrum, iſte aliò uertit. Cur ita? Contemnit homines ſæculi noſtri. Hic & alibi non ſemel redigit in ambitus, quæ membratim dicebat Ariſtoteles, ut facilius intelligerentur. Sed in quos ambitus? quale eſt illud Horatii monſtrum, Humano capiti &c. Pag. 2. verſi. 3.

Viuendi genera conſecuta ſint.) Paulò antè ſic dixerat, genera uiuendi conſecuta ſint. Sic utitur uarietate, qui alio loco dicit ſe uarietatem quæſiiſſe. Verſi. 12.

Quocunq; proficiſci &c.) ὁποτέρως uertit quocunq;, & improbè. ſignificat idem quod utrouis modo: Nec Ariſt. agit de profectione, ſed de modo uiuendi: iſte uerò ſic, quocunq; Verſi. 13.

eis ad paſtus capeſſendos proficiſci commodum eſt.dicendũ, ut hoc aut illud uiuendi genus conducit in earum uictum.

Verſi.15. Itaque pro horum commoditate) τὸ τούτων refert Ariſt. ad beſtias,tu ad res commodas.

Verſi. 18. Beſtiarum quæ uiuis animalibus ueſcuntur.) Superuacuum eſt hoc,uiuis.Si aliter alibi dicit,admonitus à me dicit. Delendum eſt , inquit. Si delendum, cur ſcripſeras edito libro de optimo genere interpretandi?

Verſi. 20. Magnæ enim in multis eorũ uiuendi generibus exiſtunt uarietates.) πολλοὶ γὰρ διαφέρουσι οἱ τούτων βίοι. id eſt, multæ quidẽ & uariæ ſunt illis differẽtiæ uitæ. Vide ut iſte coruos ſequitur teſtaq́; lutóque: quia neſcio quid de uarietate legit apud Tulliũ.Sæpenumero putat elegantiſſimè ſe dicere,quũ ineptiſſimè dicit.Quid ineptius quàm hoc, In multis generibus,id eſt uarietatibus,magnæ exiſtunt uarietates?

Verſi. 22. Pigerrimus quiſq; greges paſcunt,quòd ex cicuribus omnes uictũ capiũt.) Quũ ponit iſte de ſuo,deprauat optimè ſcripta.Ariſt.nõ habet hoc πάντες, omnes,quia facit ut pronunciatum ſit falſum.ita pro uero falſum ſuppoſuit.

Verſi.28. Mare accolũt) θάλατταν διοιώτην, id eſt mare piſcatoribus ꝓuiũ,& piſcibus refertũ,ut lacus. Nõ putat iſte τὸ τοιαύτην ad rẽ pertinere.Paulò antè λῃστείαν uertit uenationẽ,pro latrocinio ſiue rapto:nec uidet Ariſt. uenatoribus locum dediſſe quum de feris immanibus loqueretur,in eadẽ ſentẽtia. Paulò pòſt iſte λῃστρικὸν βίον cõuertit rationẽ prædãdi, deĩde addit uenationem ut aliud genus.Ita ſe ipſe iugulat.

Verſi.31. Terra res ad uiuendum neceſſarias profert ex ſeſe, domeſticiq; fructus) Ariſt.Bona pars hominũ uiuit è terra, mitibuſq; fructibus.iſtud,ex ſeſe,redundat:deinde ſic explenda

da oratio tua, Domeſtici fructus proferũt ex ſeſe res ad uiuendum neceſſarias. quod eſt abſurdum.

Tot quæ naturales functiones & commoditates &c.) Pág. 3. uerſi. 2. τοσοῦτοι ὅσοιγε reddit, tot quæ. Ego uerò tot quot, in hanc ſententiam, Tot ſunt genera uitæ naturalia, quot habent natiuã rei comparandæ facultatem. Ibidem ἐργασίας uertit cõmoditates: quàm bene, uiderit.

Opportunitas uidetur data omnibus ut à primo ſtatim Verſi. 10. ortu ſic quũ perfecti ſunt) Hæc oratio latina, data omnibus animalibus quum perfecti ſunt? de omnibus animalibus loquitur Ariſtoteles.

Cuius generis ſunt ea quæ uermes pariunt.) Hic Ariſt. Verſi. 13. tria animaliũ genera diſtiguit, quæ animal pariũt, quæ ouũ, quæ fœtum, nec animal nec ouũ. quo modo igitur iſte reddit uermes? Eſt'ne animal uermis? At σκώληκες ſunt uermes: quid tũ? philoſophus nõ uult animal accipi, ſed effigiẽ ſeminis. itaque quum uerbum propriũ deeſſet, ad periphraſin confugi.

Quæ autem uiua pariunt.) ζωοτοκεῖ, id eſt animalia pa- Verſi. 14. riunt. Cur reddit uiua? Animalia, inquit, legẽdum eſt. audio. Monitus à me dicit.

Quæ è terra gignantur.) τὰ φυτὰ ſtirpes non audet ap- Verſi. 17. pellare. in hæc ſcribit neſcio quem commentarium, certè bene longum, in quo tandem ſic pronunciat, Itaq; libri Ariſtotelis περὶ φυτῶν, & Theophraſti, inſcribi debent de ijs quæ gignuntur è terra. Neſciebat Gaza (iſto iudice) quid eſſet φυτόν. Quid ſi Cicero cuius authoritate nititur, ita ſcribit: Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras, Theophraſtus autem ſtirpium naturas? Audis? At dic quæ ſequuntur: Omniúmque ferè rerum

quæ è terra gignerentur, cauſas atque rationes. Falleris, Cicero *loquitur non modò de libris* περὶ φυτῶν, *ſed etiam de alijs quos ſcripſit multos, de animalibus, de lapidibus, de fructibus, & alijs generis eiuſdē.* Hic autem loquitur Ariſt. *de ſtirpibus, non de omnibus quæ gignuntur è terra. lapides & metalla gignuntur è terra.*

Verſi. 28. Vnum *igitur genus &c.) hac oratione nihil eſt obſcurius, nihil minus compoſitum.*

Pag. 4. uer. 4. Abundantia *ad bene beatéque uiuendum)* πρὸς ἀγαθὴν ζωὴν, *id eſt ad bene uiuēdum.* Exiſtimat *bene uiuere & beatè uiuere idem eſſe.* At *aliquis bene uiuit, id eſt ſine ſcelere, qui non uiuit beatè, ut beatum ſtatuit* Ariſt. *hîc enim loquēdum de ſententia* Ariſt. *non Stoicorum.*

Verſi. 5. Solon *in poëtica dixit)* Qui *dicit poëticam, idem quod artem poëticam dicit.* Num *Solon de arte poëtica ſcripſit?*

Verſi. 6. Neſcit *homo rebus finem reperire cupitis.)* Quàm *ueuſtum, quàm argutum, in heroico uerſu cadente hoc uerbū cupitis?* Ciceronianum *eſt.* Ita *ſanè, neſciebam.* Ciceronianus *es poëta.*

In *caput* 6. *uerſi.* 2.

In *pecunijs quærendis occupatum eſſe uolunt)* ἣν μάλιστα καλοῦσι χρηματιστικὴν, *id eſt quam potiſſimùm pecuniariā uocāt.* Ariſt. *agit de nomine, tu uerò de re.* Mihi *ita uiſum eſt, ita ſcribis in annot.* Aliter *mihi uidetur.*

Verſi. 16. Eſt *enim commutandarum rerum ratio.)* Quia *uerbum reliquit* πάντων, *hoc non habet,* Omnibus *in rebus permutationis eſt uſus.* Cur *autem reliquit?*

Verſi. 17. A *natura profecta.)* ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, *id eſt à naturali genere bonorum, uel ex uita naturali, de qua paulò antè loquebatur.*

quebatur. Non *dicit Ariſt.commutationem à natura profectam,ſed ab eo genere uitæ,quod erat à natura profectum.*

Res *quarum uſus eſt aliquis,rebus eiuſdem generis mutant.)* Q*uàm obſcurè locutus eſt?* Dicere *uolebat , utilibus utilia mutant.* In *annot.* μεταβλητικὴν,*inquit, ad res contrahendas omnino,non ſolùm ad permutandas hinc intelligi poteſt,quòd huic generi mercaturam ſubijcit.* Q*uomodo igitur* Ariſtot.*hic dicit* τὴν μεταβλητικὴν *non eſſe ſpeciem* χρηματιστικῆς, *ſed artem pecuniariam à permutatoria natam?* Neſcis *quid philoſophus loquatur.*Cõfigis *muſcas,*μὲν,μέντοι,δὲ:*res maximas non capis.* Pag.2.uerſ.11.

Q*uum ab externis auxilium peteretur.)*ξενικωτέρα βοηθὴ *non ſolum externum ſignificat auxilium,ut interpretaris,ſed etiã longinquũ.quod* Ariſt.*poſuit,quia ad finitimos res poterant facilè exportari, nõ itẽ ad lõginquos mediterraneos.* Verſi.17.

A*d uitam accommodatum.)* I*ta reddit* μεταχείριστον πρὸς τὸ ζῆν,*quod eſt,ad uſum uitæ tractatu facillimũ.* P*otéſtne reperiri aliquid ad uitam accommodatum, quod tractare ſit difficile?* A*c paulò pòſt* ποσὸν *reddit pondus,* Ariſtoteles *in eo loco hoc nomine magnitudinem & pondus complectitur.* Verſi.23.

P*ondere terminatum fuit omnino.)*ἁπλῶς *uertit omnino ut ſolet. at hîc non reſpondet.* O*pponitur illi nunc dupliciter,nunc bipartitò, aliquando coniunctè,ut hoc in loco.*Dic *igitur* Ciceroniane, *omnino & coniunctè, aduerbiáne ſunt oppoſita? quis leget hæc, pondere terminatum fuit omnino? ſi leget, ut intelliget?* A*t paulò pòſt idem uerbum reddit ſimpliciter.* Verſi.25.

A*liud genus quod cauponandi dicitur, conſecutum eſt.)* Q*uid ſibi uult iſte quũ dicit, aliud genus quod cauponandi* Verſi.29.

dicitur? quis ita locutus eſt? quis edidit tam durũ genus orationis, tam inconditum, tamq́; prodigioſum?

Verſi.30. *Aliud genus conſecutũ eſt.*) ἐγένετο, *id eſt natum eſt, conuertit conſecutum eſt. demus illud.* Ibidem τὸ γινόμενον, *id eſt quod fiebat aut exercebatur, reddit natum eſt.* Forſitan, *inquit, ſimpliciter natũ eſt.* Dic *ſodes, quid eſt ſimpliciter naſci?* ἐγένετο καὶ γινόμενον *idémne ſignificant?* Conſecutum eſt, *&* natum eſt, *ponis pro eodem.*

Pag.3.uerſi.2. *Quo pacto permutãdis pecunijs plurimũ lucri faceret.*) μεταβαλλόμενον, *id eſt permutãs.* Reddebas *hoc uerbũ, contrahens: hoc permutãs, improbabas, nunc approbas. Deinde cur addis pecunias? Ariſtot. non tantùm de pecunijs agit, ſed etiam de mercibus pecunia commutandis.*

Verſi.3. *Itaque ars parandarum pecuniarum.*) Perlege, *ſi placet, totam periodon: dij cælites quàm dura eſt? quàm ſalebroſa? quàm implicata concurſione literarum? quàm odioſa ac moleſta tædio repetitionum?*

Verſi.9. *Nugæ numus uidetur, & lex una omnino.*) Quid *ais bone uir? non capio quid uelis.* Reddo *uerbũ uerbo.* Quid *ita?* Cur *dixerit, una lex, ignoro. Sic in annot. ſcribit.* Cur *ergo locos faciles tam multis uerbis explicas?* Vide *quî uerterim locũ, & iudica, debueris ne nobis oppedere.* Vidi, *inquies.* Scio, *ſed noſtra ſpreuiſti.*

Verſi.10. *Mutatis ijs qui utuntur.*) Ariſt. *dicit, Si qui numo utũtur, mutent illũ, nullo precio dignus erit.* Iſte *loquitur de mutatis hominibus, non de mutatis numi precijs, & contraria affirmat in annot. Dicit negat, figit refigit, docet nos, ſe ipſe docere non poteſt.*

Verſi.13. *Atqui abſurdũ eſt eas diuitias eſſe.*) Etſi *uidentur hæc*

reſpondere

reſpondere græcis, neſcio tamen quomodo non reſpondent, ſed tuam φρέσιν *ſapiũt.* Ariſt. *dicit uanas & inutiles diuitias eſſe, quibus abundans homo, fame perit: tu uerò ſic,* Ab*ſurdum eſt eas diuitias eſſe, quibus abundantẽ liceat fame enecari.* Pr*æclarum dicendi genus.*

Midæ *propter ſtultum optatum, ea quæ apponebantur, aurum fiebant.)* Διὰ τὴν ἀπληστίαν τῆς εὐχῆς. *id eſt, quoniã auarus & inſatiabilis optauerat. Scribis ad hæc commẽtarium interpretatione peius ac magis inſulſum, &* χρυσῶν *pro* χρυσόων *reddis aurum.* Verſi.15.

P*arandarum diuitiarum, quærendarum opum.)* V*bi tua copia* Ciceroniane? *ubi peregrinantur aures tuæ, qui toties obtrudis hæc, parandarum diuitiarum, quærendarum opum, parandarum opum?* Verſi.17.

N*umus dat finẽ cõtrahendis rebus.)* Hoc *nõ dicit* Ariſt. *ſed numũ eſſe principiũ finemq́; permutationis* ἐν τῇ καπηλικῇ. Verſi.22.

Q*uærẽdi ratione parantur.)* Cicero *dicit ſummũ eſſe uitiũ oratoris, facere uerſum in oratione.* Q*uin imitaris illum?* Verſi.24.

Medicina *eſt ualetudinis quaſi infinitæ & immenſæ.)* Q*uid eſt hoc, o medici?* N*eſcimus.* Ariſtoteles *dicit medicinam ſemper ſanare uelle, nec ullum finẽ facere curandi. Cur iſte ſic tenebras offundit?* N*eſcio, niſi quòd ſcribit in quodã commentario ſanitatem de animo ſemper, de corpore nunquam dici.* I*d'ne uerum eſt?* Non *exiſtimo, quia* Cicero *dicit,* C*orporis temperatio, quum ea congruit inter ſe, è quibus conſtamus, ſanitas eſt.* Q*uid? non hæc uidit?* Q*uid uiderit, neſcio. ſi perlegas orationis ambitum de quo nunc agimus, deierabis nihil unquam magis inuitis* M*uſis eſſe cãtatum.* O*bſcura cõnuiſcet, duas orationes interijcit, eadẽ repe-* Verſi.25.

D ij

tit, falſum aſſerit. Quid? nõ audeo pronũciare quod ſentio.

Verſi. 30. *At uerò,) &* *uertit at uero, ſententiamq; confundit.*

Pag. 4. uer. 6. *Alterius uſus in alteram trãſfertur, quum in eodem numo utraque ratio quærendæ pecuniæ uerſetur.)* Quid hic *loquatur ignorat. dicit œconomicam & artem conficiendæ pecuniæ transferri, & utranq; in numo uerſari, ac eſſe eiuſdem uſus poſſeſſionẽ, ſed non eadem ratione.* Dij me ament, *nuſquam uideram tam noua portenta uerborum.*

Verſi. 15. *Quæ quidem illam efficiãt.)* Ariſt. *dicit hominem cupere infinita, ex quibus cõficiuntur pecuniæ: iſte uerò cupiditatem effici à rebus infinitis. Quid tibi uis quum dicis à rebus infinitis effici cupiditatem?*

Verſi. 21. *Cum enim uoluptas modum tranſeat, eam quæ immenſas uoluptates pariat, expetunt.)* Ad *quid refers* ταύτην τὴν ἀντωνυμίαν, *eam?* Nihil *habes in oratione quò referre poſſis.* Ariſt. *retulit* πρὸς τὴν χρηματιστικήν. Tu *uerò mutato genere cadis in ſolœciſmum.* Ad *pecuniam referre poſſum, inquies.* Itáne *ueró?* Sic *effugit* Proteus.

Verſ. 24. *Artem, quam natura non ſinit, adhibent.)* Non *uidet iſte* Ariſtotelem *exemplo fortitudinis uti, quæ nõ poteſt ars ſiue ratio nominari.* Itaque *male conuertit* δύναμιν. Ego *uerò nomine uirtutis uſus ſum, ut Cic. quum dicit,* Dicendi *uirtus ſine rerum ſcientia extare non poteſt.*

Verſi. 25. Non *eſt enim fortitudinis pecuniã facere, ſed audaciæ.)* Ἀνδρίας γὰρ οὐ χρήματα ποιεῖν ἐστὶν, ἀλλὰ θάῤῥος. id eſt, Non *enim fortitudinis eſt pecunias conficere, ſed interritum animi robur.* Viden' *optimum genus interpretandi? uiden' inſcitiam tuam?* Loqueris *ac ſi legeretur* θάρσους.

Verſi. 27. *Omnes artes pecunia dirigũt, quaſi hic ſit illis finis propoſitus,*

poſitus, & ad finẽ referẽda ſint oĩa) Quidni referẽda? ĩprobáſne ꝙ putãt õnia ad ſuũ finẽ eſſe referẽda? Ariſt. *nõ dicit quod tu, ſed omnes omnibus abuti, quaſi ſit finis pecunia, cũ oporteat omnia ad ſuũ finẽ referri. Neſciebas q̃d eſſet* ὅρον.

Qua de cauſa deſiderata ſit à nobis) δι αἰτίαν τίνα ἐν χρέᾳ ἐσμὲν αὐτῆς. *id eſt, quamobrem illius uſum percipimus. Iſte uerò ſic, qua de cauſa &c.* Verſi.29.

In cap. 7. uerſi. 3.

Verùm hoc illis ſuppetere) Quò refers, hoc illis ſuppetere? Non *habes quò referre commodè poſſis.* Reddis τοῦτο: *ſed quid uelit* Ariſt. *non intelligis.*

Victum & cultum) τροφήν. *Quoties inculcauit iſtud, uictum & cultum? quaſi* τροφὴ *non poſſit aliter* Romanè *dici.* At *Ciceronianum eſt. Cur ergo* Cic. *dicit eloquentiam homines à fera agreſtique uita ad hunc humanum cultum ciuilémque traduxiſſe?* Addis *de tuo fruſtra.* Ibidem *male componis hæc, natura terra.* Verſi.5.

Ex *iiſque hæc rectè curare paterfamilias &c.)* Q*uid hìc loquare, nullus intelliget: nec ſcis ipſe quid uelis.* Verſ.7.

Lanas confectas ad uſus ſuos accommodare.) ποιῆσαι. N*atura lanas facit, ars hominis conficit.* Q*uum dicis à natura confectas, nihil homini relinquis.* N*eſcis conficere & perficere pro eodem à Cicerone poni?* Verſi.8.

P*ars eſt pecuniarum & opum quærendarum ratio, medicina nõ eſt.)* Hic *uidere licet (quod uir egregiè doctus facetè narrabat) iſti monacho nihil eſſe eloquentiæ ſtyliq; certi, ſed eum candida nigris, noua detritis, cara uilibus, pulchra fœdis aſſuere.* Hoc *quî fit?* Nihil *habet propriũ: locutiones emendicat.* Clama Perſi, Turpe & *miſerabile certè.* Verſi.11.

Verſi. 22. *Cum præſertim omni naturæ ex eo à quo generata eſt, cibus relinquatur.)* παντι γὰρ ἐξ οὗ γίνεται, τροφὴ τὸ λειπόμενον ἐστί. *Vertis haud aliter ac ſi diceret* λείπεται, *texíſque argumẽtum ridiculum,* N*aturæ munus eſt præbere uictum, quia natura omnis cibum relinquit.*

Verſi. 24. *Cum autem eius duo ſint genera.)* E*ius, cuius?* I*n oratione ſuperiore poſuit* A*riſtoteles* χρηματιστικὴν *: tu, neſcio quamobrem, reliquiſti.* N*unc immemor tui, reddis* τὸ αὐτῆς, *ac ſi quod antecedebat, collocaſſes.* D*ices, refero ad utilitatum perceptionem.* I*táne?* N*um diuidit* A*riſtoteles utilitatum perceptionem?* N*um res eadem* χρηματιστικὴ, *&* *utilitatum perceptio?*

Verſi. 29. *Illud contrahendis rebus accommodatum.)* E*odẽ modo uertit* μεταβλητικὴν, *&* ἀλλαγήν. N*um malum eſt res contrahere?* A*riſt. hic* μεταβλητικὴν *damnat, iſte rem neceſſariam ponit.* N*am res contrahere neceſſe eſt.*

Pag. 2. uerſi. 1. R*erum ultro citróque contrahendarum ratio.)* ὀβολοστατική, *id eſt ars fœneratorum.* N*õ poſſum ſatis mirari quibus rebus adductus iſte malas artes fœnerationis conuerterit res contrahendas, quum uerbo contrahendi in rebus honeſtis utatur* C*icero, quumq́; uerbũ proprium reperiatur apud eundem.* N*eſcit quid ſit* ὀβολοστατική, *non audet propriè loqui.* S*tat dubius in genere ſummo.*

Verſi. 6. P*rocreata ſimilia ſunt procreatoribus.)* ὅμοια τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσι. T*empus immutat & genus, etiamſi non cogitur.*

Verſi. 10. V*ſus autem neceſſarius)* ἐμπειρίαν ἀναγκαίαν ἔχει. E*xperientiam neceſſariam dicere non audet.* E*xperientiam, inquit in annot. in hac re non dicam, quandoquidem exercitationem*

tationem bis non dixiſſet Cicero in eadem oratione, niſi hoc repudiaſſet. non quòd negem Ciceronẽ uſum eſſe hoc uocabulo, ſed in alia re dico. Hæc ille. *Digreditur & excurrit ad alia, ac purgat ſe quòd dixerit hæc uerba barbarè dici, manifeſtum eſt, pro eo quod eſt perſpicuũ eſt, animã ꝑ animo, factionem pro effectione. Aliàs ego planè docebo quibus in locis temere Ciceronẽ dãnauerit. Nũc de experiẽtia agitur, quod ego uerbũ minimè repudiaui. nã uidebã ſic à* Virgilio *experiẽtiã dici, ut à græcis* ἐμπειρίαν. Locus eſt in 4 Georg.

Quis deus hanc, Muſæ, *quis nobis extudit artem?*
Vnde noua ingreſſus hominũ experientia cepit?

In *eũ locũ* Seruius, Ars, *inquit, per uſum reperta.* Experiẽ*tiam interpretatur uſum, ut iſte* ἐμπειρίαν, *propterea quòd* Virgilius *oſtendit uſu repertam fuiſſe reuocandæ nouæ ſtirpis artẽ, qui iam ab initio canebat,*

Atq; apibus quãta experientia parcis. Experiẽtiã, *inquis, in hac re nõ dicã.* Quid *ita?* Virgilius *hac in re dixit. at* Cicero *repudiauit.* Quî *ſcis?* Bis *exercitationẽ dixit.* Næ *dialecticus es argutus, qui ſic innectis argumẽtationẽ, Cicero bis ĩ eadẽ oratione dixit exercitationẽ, repudiauit igitur experiẽtiæ nomẽ.* Quid *ſi uſus eſt hoc uerbo pro uſu & exercitatione?* Vbi? In *orat. pro* Rabirio Poſthumo, *ad finem:* E*quitem* Romanum *non libidine, non turpibus impenſis cupiditatum atque iacturis, ſed experientia patrimonij amplificandi labentem excepit.* Experientia *patrimonij amplificandi, id eſt quum pecunia uteretur, & exerceret* χρηματιστικήν *ad amplificandum patrimonium.* Vides *hic experientiam pro exercitatione dici, qui dicis hîc* ἐμπειρίαν καὶ χρῆσιν *pro eodem poni.* Non *dices opinor experientiam hic idem*

eſſe quod periculum, quam Cicero libidini & impenſis cupiditatum turpibus opponit. Exercitationem patriſfamilias quam antè laudauit, in peroratione iudicibus commendat, quæ non ſi fœlici caruit euentu, experientia tamen & excercitatio non eſt. Sed de his nimium multa.

Verſi. 15. *Aut bouũ aut pecudũ)* προβάτων, *id eſt ouiũ. Quãq̃ latius ĩterdũ funditur hoc uerbũ, tamẽ hic Ariſt. ꝑ ouibus poſuit, q̃a cõtinuò ponit genꝰ* λοιπῶν ζώων. *iſte cogitur bis uti genere.*

Verſi. 17. *Opportunitates capiantur.) Tam ſæpe dicis opportunitates capi, ut illud tibi pulchrum uenuſtúmque uideri putẽ. Niteris authoritate, credo.*

Verſi. 28. *In alijs enim locis alia gignuntur.)* ἄλλα γὰρ ἐν ἄλλαις εὐθηνεῖ χώραις. *id eſt, in alijs locis alia fœlicius & uberius naſcũtur. Neſcit quid ſit* εὐθηνεῖ, *itaque perperã conuertit, gignuntur. Non facit quod Cicero, qui dicit ſe uim ſententiarum in Demoſthene & Aeſchine ſeruaſſe. Sententias & uerba ſummi philoſophi peruertit, de uerbis corruptè & deprauatè iudicat. Quumq; nihil habet quod dicat, cõfugit in aras huiuſmodi, in illo genere dũtaxat, in hac re nõ dicã, in alia re dico. Quid hoc ſibi uult? Quid? Cicero dixit Priamũ in aram confugiſſe. ſi nunc dixeris Ioannem in templum confugiſſe, periiſti: polluiſti non Dianæ, ſed Tullij fontes.*

Ibidem. *Deinde)* ἢ, *id eſt aut. Si dixiſſet aut, actũ erat de Ariſt. coniunctionem mutauit in aduerbium. Callide.*

Verſi. 23. *Eius artis quæ deflexit.)* τῆς δὲ μεταβλητικῆς, *id eſt ſciẽtiæ commutatricis. Paulò antè* μεταβλητικὴν *reddidit genus contrahendis rebus accommodatum, nunc uertit artem quæ deflexit. Tam citò memoria excidit?* μεταβλητικὴ *deflectit de uia, ut iſte uult, non utitur permutatione rerum.*

Mercaturæ

Mercaturæ pars inuectio & negociatio.) φορτηγία, πα- Verſi.24.
ράστασις. φορτηγία *eſt onerū uectio quæ plauſtro fit aut iumento.cur loquitur potius de rebus inuehēdis quàm exportandis, quum mercatores & importent & exportent? Cur? quia forte non legebat apud Cicer.auectionem, maluit uti uerbo improprio quàm proprio. Quum uerò* παράστασιν *conuertit negociationem, quem ſequitur authorē? Quî tria diuiſionis membra diſtinguit præclarus interpres?*

Corporis induſtria.) Vbi legit iſte corporis induſtriam? Verſi.29.
Heus Ciceroniane, dicitne Cicero corporis induſtriam? dicam quod tu, In hoc genere duntaxat? dices, Nolo ad corpus referri. Vide igitur quàm obſcurè q̄ ineptè loquare. Adde quòd Ariſtoteles de induſtria non loquitur.

Eſt etiam tertiū genus.) In græco eſt ἔστιν. *Ego tamen cū* Eo. uerſi.
alijs conuerti, quartum genus, quòd Ariſt. tria genera præter hoc feciſſet, quodq́; libri ſuſpicione non carebant, deinde quòd ita manebat integra ſententia.

Eorum partim cum ea.) Ad quid refers hoc ea? Ad ge- Pag.3.uer.2.
nus: Solœciſmus eſt igitur. Ad χρηματιστικήν: *at non eſt in oratione tua. Ad artē: Opus eſt igitur Delio interprete, qui quæ deſiderantur, ſuppleat.*

Omnis è terra eruēdi ratio.) πᾶσα μεταλλευτική. *Si Plinius* Verſi.4.
homo doctiſſimus iſtius ſcripta legiſſet, nunquā metallū dixiſſet, ſed cōfugiſſet ad obſcurā περίφρασιν, *ut noſter iſte Ciceronianus. Heus tu, ſoláne metalla eruūtur è terra? an etiā radices, marmora, minium, purpuriſſum, terra pinguior? Iſtáne ſunt metalla?*

Multa ſunt genera eorum quæ è terra eliciuntur.) πολ- Verſi.5.
λὰ γὰρ εἴδη τῶν ἐκ γῆς μεταλλευομένων, *id eſt multæ quidē ſpe-*

cies eorum quæ fodiuntur è terra metallorum. Ariſtot. dicit εἴδη*, id eſt ſpecies, iſte genera. Cur ita? quia Cicero nonnunquam genus pro ſpecie ponit, quod nõ faciũt philoſophi quũ propriè loquũtur. Nõ audet dicere metallũ. Quidni? Cicero nõn dicit. Quid ergo ponit loco metalli? quæ è terra eliciuntur. Itáne? uides. Soláne metalla è terra eliciuntur? Non. Cicero dicit, Terra ſemen tepefactũ cõplexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatẽ. Eſt'ne metallũ uerbum parùm latinum? eſt, niſi Virg. huiuſmodi uerbis utitur. dicit autem in ſexto,*

> *Aureus, & ſimili frondeſcit uirga metallo.* Octauo,
> *- Fluit æs riuis, aurı́que metallum.*

Nõ audet Perionius dicere quod Virgilius. Nec enim Virgilius diceret quod Perionius, Poſſis cui tradere boues.

Verſi.6. Dictum eſt omnino & generaliter.) εἴρηται καὶ νῦν*. Cõtemnit iſte* τὸ, καὶ νῦν*. Parua reprehendis; inquies. Quomodo parua? Id'ne parum uidetur, omittere quod ad rem pertinet? Mihi res eſt cum homine qui fatetur præter ſignificare idem quod cõtra, & omnibus uerbis iungi poſſe, præterquam uerbo naturæ: qui demoliri contendit omnia ſcripta uirorum qui poſt M. Tullium ſcripſerunt: qui uerba quibus & noſter Budæus & doctiſſimi ſunt uſi, & qui nunc florent, utuntur cottidie, relẽgat ad barbaros. Quid? iam non audet quiſquam uerba latina loqui. Condonabis illi quicquam, qui monachus, religioſus, theologus, ſacerdos, Chriſtianos philoſophos in loquendo ſemper liberiores, eò reuocet ſuperſtitionis? qui unum & alterum commentarium ſcribit, ut perſuadeat nobis, manifeſtum eſt, rectè dici: manifeſtum eſt igitur, prauè?*

Quæſtus

Quæſtus ij.) ἐργασιῶν. *Qui diligenter hunc locum perlegerit, apertè uidebit hic* ἐργασίας *pro operis, nõ pro quæſtu poſitas eſſe.* Non *enim quæſtus, ſed operæ corpus inquinãt.* Verſi. 9.

Sed quoniam &c.) Inchoauit *non perfecit hanc orationem.* Quid *autem minus* Ciceronianum, *quàm ſententiam explere non poſſe?* In *ea periodo ſic loquitur,* Et *hæc ab ijs petat cui curæ eſt, & quæ diſperſa ſunt præcepta colligere debemus.* Rectum *loquendi genus, ubi ſic perſona mutatur.* Ariſtoteles *non ita mutat ut tu. dicit enim,* δεῖ συλλέγειν. To*tus igitur ambitus ineptè comprehenſus, & partes eius minimè congruentes.* Verſi. 12.

Præceptum *enim quoddam eſt.)* Quid *erat cur* κατανόημα, *quod ſignificat commentum & rem excogitatam, uerteret iſte præceptum?* Quid *erat?* Ignorantia *uerborum.* Et *ſcribit ægrè ferre ſe, quòd inuadant ij qui neque græcè neque latinè ſciunt.* Vult *à doctis reprehendi.* Itaque *non moleſtè feret hac meam reprehenſionem, niſi me indoctum & ineptum putauerit.* Verſi. 20.

Generale *quoddam præceptum eſt.)* τυγχάνει δὲ καθόλου τὶ ὄν. Hæc *aliter uerto, propter ea quæ ſequũtur.* In *ijs enim ſunt, quæ dicuntur ambigué.* Verſi. 22.

Multi *concurrerẽt.)* πολλῶν ζητουμένων. *id eſt, multis quærentibus.* Concurrere *& quærere confundit.* Cicero *dixerat,* Omnẽ *oleam, antequam florere cœpiſſet, coëmiſſe dicitur.* Iſte *rapuit uerba, & quanquam* Ariſtoteles *non habebat de flore quicquam, tamen attexuit hæc, antequam florere cœpiſſent.* Itáne *conuertit?* Ita. Ariſtotelem *in* Ciceronem *uertit. Dura metamorphoſis. Sic eſt hominis ingenium.* Adde *quòd omittit hic uerba græca,* ἅμα καὶ ἰξαί- Verſi. 28.

φνης, id eſt eodem tempore & repente.

Pag. 4. uerſ. 3. Hoc autem ad rationem (ut dixi) faciẽdæ pecuniæ omnino pertinet, ſi quis ſibi uni uenditionẽ parare & uendicare poſſit.) ἔστι δὲ ὥσπερ εἴπομεν καθόλου τὸ τοιοῦτον χρηματιστικόν. id eſt, Eſt, ut diximus, augendæ rei genus, quod uni ab uniuerſa multitudine cõflatur. Quid ais Ioachime? Vidéſne te illud male reddidiſſe, τυγχάνει δὲ καθόλου τι ὄν, generale quoddam præceptum eſt? Hic Ariſtot. explicat quod illic dixerat, ὥσπερ εἴπομεν, inquit. Tu uerò canis, omnino pertinet, uenditionem parare, rationem faciendæ pecuniæ. Cur aliter hîc, aliter illic interpretaris?

Verſi. 5. Sibi ſolis rerum uenalium uenditionem uendicant.) Ven, uen, uen. Ciceroniana collocatio. μονωπολίαν τῶν ὠνίων ποιοῦσι. id eſt, rerum uenalium monopolium ſanciunt. Quid tibi uis quum dicis, uenditionem uendicare? Cur non dicebas monopolium ut arram? probaſſes. Paulò pòſt hoc, ex mercaturis redierunt mercatores, dicis uſitatè, credo.

In cap. 8. Pag. 1. uerſ. 3.

Pater & uxori præeſt, & liberis.) Improbè dicitur pater uxori præeſſe. non enim præeſt uxori quia pater eſt, ſed quia maritus. Ariſt. ponit tres partes œconomicæ, unam in dominatu, alteram in paterno imperio, tertiam in re uxoria. Poſtea ſcribit, καὶ γὰρ γυναικὸς ἄρχειν καὶ τέκνων. Supprimit id quod intelligitur ad duas ſpecies relatum. Tu uerò nomine patris uteris habita ratione ſecundæ partis, non tertiæ. Nec probè conuertis καὶ γὰρ, quoniam. Nec τὸ σχῆμα formam, quum paulò pòſt ſcribis, Cum eſt quod imperat, & quod paret, tum fit ut ſit quædam formarum præſtantia. Quas nobis hic canis formas?

Amaſis

Amaſis de eo qui pedes lauabat, orationem habuit.) περὶ *Pag.2.uerſi.1.*
τοῦ ποδανιπτῆρος. ποδανιπτὴρ, *nõ eſt is qui lauat pedes, ſed peluis & uas in quo pedes lauãtur. Aurúmne ponitur pro homine?*

Atqui mas ſi cum fœmina comparetur, eo ſemper genere excellere uidebitur.) τὸ δ' ἄῤῥεν ἀεὶ πρὸς τὸ θῆλυ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. *Capis philoſophi mentem? Quid ſibi uult? Verba tua non indicãt. Dum fugis uſitatum dicẽdi genus, neceſſe eſt ut cadas in obſcurum.* Hoc dicit, *non ita maris & fœminæ cõmutatur imperium, ut ciuium qui utuntur iure pari, ſed eodem modo ſemper uiro lege naturæ ſubiicitur uxor.* I *tu cum tuo genere.* Paulò *pòſt recidis in eaſdẽ tenebras. dicis enim:* Liberorum *imperium regale eſt.* Quis *intelliget an de filijs & filiabus, an de conditione liberis agas?* Ego *ſic uerti,* Patris *in liberos eſt regia poteſtas.* Dices, In *græco ſic eſt,* ἡ τέκνων ἀρχή. Probè. τὸ τέκνων, *non eſt ambiguũ, uertis in uerbum quod in uarias partes trahi poteſt.* Non *facis igitur quod* Cicero *tuus, qui in conuertendo genus omnium uerborum ſeruat.* *Verſi.2.*

Quod quidem genus eſt regalis poteſtatis.) Paulò *antè dixeras imperium regale, nũc repetis regalem poteſtatem?* Nonne *aptius ac uariè magis dici potuit regia poteſtas?* At *non ita* Cicero *dicit.* Lege *philippicã primã ad principium,* Dictaturã, *inquit, quæ uim iam regiæ poteſtatis obſederat, funditus ex republica ſuſtulit.* Ille *regiæ poteſtatis, tu regalis poteſtatis, uter melius?* Ah, *dubiúmne id eſt?* Cicero, *qui uitat eundẽ caſum quem maximè fugiunt poëtæ, alibi, ne diceret, quod tu, regalem poteſtatem, interpoſuit uerbum:* Sylla, *inquit, regalem habuit poteſtatem.* Noſti, *ſi dijs placet, quæ ſit* Ciceroniana *uirtus.* *Verſi.5.*

E iij

Verſi. 5. *An ſeruorũ uirtus alia his illuſtrior & clarior.)* τιμιω-τέρα, *id eſt honore dignior. Quod eſt in re poſitum, transfers ad hominum famam, de qua dicuntur illuſtris & clara. Seruius in 6. Vergilij, Hoc nomẽ notitiæ fuit, non meriti: unde etiam in meretricibus inuenitur. nam & nobiles & illuſtres uocantur. Hæc ille.*

Verſi.16. *Cæteræq; generis eiuſdẽ.)* καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕξεων. *id eſt, & aliorum generis huius habituum. De uirtutibus loquitur. Diſplicuit iſti nomen habitus, itaque maluit aliud dicere. At non ita Ciceroni, cuius hæc ſunt uerba, Iuſtitia eſt habitus animi communi utilitate cõſeruata ſuam cuique tribuens dignitatem.*

Verſi.26. *Si uterque probitatis cõpos eſſe debet) Scribis non poſſe dici latine, præter naturã, in hoc genere dũtaxat. Nego poſſe dici, cõpos eſſe debet, in hoc duntaxat genere. Profer exemplum. Scio dici poſſit nécne.*

Verſi.30. *Quòd ſi hic præditus eſſe debet) Qua re præditus? Ponis epitheton, quod per ſe ſtare non poteſt.*

Pag.3.verſi.5. *Sed alijs atque alijs.)* ταύτης δ' εἶναι διαφοράς. *id eſt, uirtutis huius eſſe differentias. Animaduerti multis in locis iſtũ reiicere nomen differẽtiæ quaſi barbarum aut putidum. Eò libẽtius utor, quòd in ſermone philoſophorum frequens eſt. Non repudiat Cic. quum dicit lib.1. de off. cap. de temperãtia: Qualis autem differentia ſit honeſti & decori, facilius intelligi quàm explanari poteſt.* διαφορὰν *ferè ſemper uertit iſte diſtinctionem. Ego uerbum non improbo, affectationem improbo.*

verſic.7. *In animo quamprimum animaduerti licet)* ὑφήγηται. *Nũ* ὑφηγεῖσθαι *ſignificat id quod animaduertere? Ariſt. hîc pro eo*

quod

quod eſt narrare poſuit aut explicare.

Nã & liberi alio genere imperij ſeruis præſunt, & ma- Verſi. 11.
res fœminis alio, & alio uir liberis.) Cui ſunt aures, audiat
hæc, & iudicet quàm ſit Ioachimus ἄῤῥυθμος. Sũt alia generis
huius propè infinita, quæ perſequi nolui propterea, ꝙ or-
namẽta dicẽdi philoſophi minus aucupãtur. Sed nihil in iſtũ
non conuenit, qui in orbe noſtro ſolus eſt Ciceronianus.

De uirtutibus ijs quæ more perficiuntur.) περὶ τὰς ἠθικὰς Verſi. 16.
ἀρετάς, id eſt de uirtutibus moralibus. Non auſus eſt uti uer-
bo quod Cicero probauit in exordio libri de fato, Pertinet
ad mores, quos ἤθη græci uocant, nos eam partẽ philoſophiæ
de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam
latinam nominare moralem, &c. At tandem nomine moralis
utitur. Vtitur, ſed timidè, poſtea ꝗ dixit, uirtutes quæ more
perficiuntur, & quæ more gignuntur, ut ſi dicas, animalia
quæ bobus gignũtur, pro apibus. Cur ita loquitur? quia Ci-
cero narrat omnes propè philoſophos dixiſſe uirtutes quaſ-
dam aut natura aut more perfectas.

Eſt enim munus & officium architecti, & ratio archite- Verſi. 20.
cti nomen obtinet, cæteros autem quantum eos decet.) Ariſt.
dicit, Munus eſt principis uti uirtute perfecta, ratio autem
princeps. alij tantum uirtutis habere debent, quantum perti-
net ad illorum munus. Quid loqueris de architecto? de no-
mine architecti? Dices architectũ loco principis eſſe poſitũ.
Vbi legiſti? Nuſquã, niſi quũ patrius caſus adderetur: ut, ar-
chitectus orationis. Pulchráne tibi uidetur hæc oratio, O-
portet cæteros uirtutibus eſſe præditos quantum eos decet?

Similis eſt ratio cæterarum.) In commentario quodã ſcri- Verſi. 26.
bit non eſſe ita loquendum, Similis eſt ratio, ſed ita, Eadem

eſt ratio.uide quid ſequatur.

Verſi. 28. *Errant ij qui omnino aiũt.)* καθόλου γὰρ οἱ λέγοντες ἐξαπατῶσιν ἑαυτούς. *id eſt, Qui in uniuerſo genere loquuntur, ſe ipſi decipiunt. Vides iſtum ponere omnino aiũt, pro eo quod eſt, uniuerſum genus dicendo perſequuntur?* Eodem modo pro *genere uniuerſo dicere poſſet penitus, funditus, prorſus. hæc noua copia uerborum.*

Pag.4.uer.4. *Puer non ad ſe & res ſuas referre debet.)* Quid *uelis* Ioachime, *non intelligo.*

Verſi.9. *Sed quærat quiſpiã id quod modo dictum eſt)* ἀπορήσειε δ' ἄν τις τὸ νῦν εἰρημένον. *Hæc uerba* τὸ νῦν εἰρημένον, *aut ad ea quæ ſequuntur pertinent, aut ad* τὸ κατὰ *ſuppreſſum.* Itaq; *male conuertis, quærat id quod modo dictum eſt.*

Verſi. 13. *Artifex longè à uita abhorret.)* Hoc *tuum eſt, non* Ari*ſtotelis, qui dicit artificem longius quàm ſeruum à communione uitæ ſummotum.* Num *artifex abhorret à uita?*

Verſi. 20. T*antumq́; ad uirtutem ſpectat, quatenus ad ſeruitutem) tantum quatenus.* Pulchrè. Cur τοσοῦτον ὅσονπερ *iſta latinè reddidiſti?*

IN LIBRVM SECVNDVM.

Pag.1.uerſi.2. QV*æ ſocietas ciuilis omnium optima ijs quibus in uita degenda omnia ex animi ſententia euenire quàm facillimè poſſint.)* τὸ τοῖς δυναμένοις, *non intelligis haud aliter poſitum atq; iſtud,* τῶν πολιτῶν δυναμένων. Q*uod ſi nõ eſt, quæ uis erit orationis huius?* Loqueris *perinde ac ſi nulla ſit reſpublica ſimpliciter & abſolutè princeps & optima.*

Verſi.7.& 8. A *nonnullis commemorantur.* Per*ſpiciatur & utilitas.)*

Sic

Sic cadit in uerſum natura agitante poeta. At *quantus poe-*
ta? quantus ille qui cecinit,

Emptam, non ductam, poſſis cui tradere boues.

H*æc etiam reprehendis?* Non *in alio quàm in* Ciceroniano.
E*ſt enim* Ciceroniani *poſtremas aptius explere ſentētias.*

Exordium *primum faciendum eſt.)* Si *quis alius ſic di-* Verſi.11.
xiſſet exordium faciendum, ſcriberet Ioachimus *id parum*
Ciceronianis *uſitatum.*

Neceſſe e*ſt enim aut omnium ciuium eſſe omnia commu-* Verſi.13.
nia, aut nulla, aut quædam eſſe, quædam non eſſe.) Hem, *du-*
rum loquēdi genus & implicatum. Sic eſt. Et *illud eſſe, plus*
ſatis repetitum. Ita *mihi uidetur. Sed hæc miſſa face, neſcit*
iſte nec figuras, nec proprietates uerborum, nec ullam con-
cinnitatis artem. Bene *mones, tamen hac aſperitate locorum*
paulùm remoratur curſus.

Locum *habitare communem.)* Sic *loquitur* Virg. *Syluas* Verſi.17.
habitare Thalia. *Aliquando* Perionius *erit noſter.* Paulum
deflectet ab illa Ciceronianorum *ſuperſtitione.* Ciceronia-
ni dicerent, in loco habitare communi.

Locus *æqualitas eſt unius ciuitatis.)* ὁ μὲν γὰρ τόπος ἰσό- Verſi.18.
της μιᾶς πόλεως. Ego *ſic uerti,* Locus *eſt unius ciuitatis æ-*
qualitas. in hanc ſententiam, Ciuibus *qui uno communi lo-*
co tenentur, ius eſt æquale pomœrij, uiæ, templi, fori, omníſ-
que loci publici. Q*uòd ſi rebus alijs ciues ſunt diſpares, lo-*
ci tamē publici iure pares. Ne *uideatur abſurdum quod di-*
cit, Locus e*ſt æqualitas.* Non *ſemel uſus eſt hoc genere lo-*
quendi. Si totam ſententiam uis explicari, ſic explico: Neceſ-
ſe eſt in ciuitate locum eſſe communem, propterea quòd ne-
ceſſe eſt locum publicum teneri, cuius omnes æquo iure ſint

participes, alioqui non ſit una ciuitas. Si ciuitas eſt ſocietas, ſunt ciues ſocij. Si ſocij, alicuius rei ſocij: primùm loci, quia primùm conuenire eſt neceſſe, quod ſine communi loco fieri non poteſt. Locus igitur neceſſariò communis. Eſt ergo res æqua locus. Sunt qui & me & Ioachimum parum uidiſſe putant, & hoc uerbum ἰσότης, *in tria partiuntur,* ὡς ὁ τ. Non *auſim ſic immutare codices omneis.* Id *faciant quorum ſumma authoritas eſt.*

Verſi.30. *Communia habere, an aliqua habere, alia non habere.)* Elegans *repetēdi genus, ſi dijs placet.* Nec *illud arridet mihi quod hîc ſcribis, ciuitatem quæ bene conſtituenda ſit,* τὴν μέλλουσαν οἰκήσεσθαι πόλιν καλῶς. *Omnis ciuitas conſtituenda præclarè, de omni ciuitate non hîc agit* Ariſtoteles.

Pag.2.uerſi.6. *Vtrum præſtat, ita rem habere, ut his ſit temporibus.) recténe conuertit hæc,* πότερον, ὡς νῦν, οὕτω βέλτιον ἔχειν, *& illud proximum, non perſpicitur ex rationibus effici, & illud quemadmodum modo, pulchréne dicit?* Quidni? Non *poſſum dicere quare,* Hoc *tantum poſſum dicere, non probo te.*

Verſi.10. *Quemadmodū modo dixi.) ubi dixit fieri non poſſe, ut ad finem quem proponit Socrates, perueniatur?* Et *ſi dixiſſet, cur diceret* ἔτι δὲ, *ut tu,* I*am uerò de acceſſione?* Reddendum *eſt igitur, hoc modo, ut ī ſermone paulò antè dixit Socrates.*

Verſi.12. *Quomodo autem diuidēdum ſit, nihil exponit, id eſt quo pacto una ciuitas q̄ optima efficiatur ex omnibus.) Quid ais* I*oachime? uteris ne optimo genere interpretandi? primū, quid eſt opus diuiſione ut una ciuitas efficiatur ex omnibus? deinde, ubinam* Ariſtot. *docet quî fiat una ciuitas ex omnibus? poſtea, ubi Socrates dicit maiorem fieri oportere ciuitatem?* Nam *paulò pòſt dicis, Si ciuitas progreſſionibus*

utatur

utatur, ac maior fiat. ubi Ariſtot. non maiorem ſed minorem fieri uult. Neſcis omnino quid ſibi uelit Ariſtoteles. *Propoſuit Socratem uelle liberos uxores fortunas eſſe cõmunes. de uxoribus dixit refutandi gratia, mulierum uſum commu nem multas incommoditates afferre.* De *fortunis iſtuc, quomodo diſtribuenda ſint quæ uult eſſe communia, illum non explicare.* Nunc *de fine reip. Socraticæ & liberis communibus diſputat.* Nego *philoſophum loqui de ciuitatum diuiſione, de una ciuitate faciũda ex omnibus, de augenda rep.* Nego *te ſcire quid uelis, & deceptum fuiſſe puto quòd* ἕως τὸ, λίαν ἕν, *quod reddis id eſt, non ad finem de quo paulò antè loquebatur, ſed ad diuiſionem bonorum retuleris.* Tamẽ *ſe ipſe continuò declarat, quum dicit,* Pro*ponit hunc ſcopum Socrates.* Lege *græca, lege noſtra, facilè uidebis te miſerè lapſum & deceptum fuiſſe.*

Si ciuitas maior fiat, ſi una maior fiat & augeatur) γινομένη μία μᾶλλον. *id eſt, ſi magis una fiat. hoc eſt, ſi (ut cũ barbaris loquar) magis uniatur.* Ariſt. *interpretatur uerba Socratis, & rem deducit ad unitatem, ex ciuitate domum, ex domo unum quempiam uirum futurum dicit.* Imminuit *quantum poteſt,* Perionius *auget.* Ver. 14. & 15.

Ex *familia homo conſtabit.)* ἄνθρωπος ἐξ οἰκίας ἔσται. *id eſt, Si ciuitatem redigas in unitatem, ex familia reſtabit homo. Iſte dicit, conſtabit, ac ſi de extruendo non demoliendo haberetur oratio.* Verſi. 16.

V*nam familiam potius quàm ciuitatem dicimus.)* Dicen*dum fuit ad* Ariſtotelis *mentem,* F*amiliam magis unam quàm ciuitatem dicimus.* Ibidem.

Ex *ſui ſimilibus non conſtat ciuitas.)* Ciuitas *ex ſimili-* Verſi. 21.

bus conſtare non poteſt, ex ſui ſimilibus poteſt. Dic ſodes, ſi *ſum mei ſimilis, an iccirco omnium ſimilis? hic* Ariſt. *de ſui ſimilibus nullam facit mentionem, ſed de ſimilibus natura, ſexu, ætate, induſtria, uirtute, arte, opera &c.*

Pag. 3. verſi. 5. *Quoniam autem hic ciuilis ſocietatis ſtatus melior eſt)* ἐπεὶ δὲ βέλτιον οὕτως ἔχειν καὶ τὰ περὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πολιτικήν. *id eſt, quum melius ſit, ut artifices, ſic & communionem ciuilem non immutare uices regendi atque parendi. Cur ponis illud, hic? cur ſimilitudinem non reddis? cur* οὕτως *relinquis? cur tam obſcurè loqueris?*

Verſi. 7. *Apud quos autem id fieri non poteſt.)* In *hunc locũ ſcribis,* δὲ *poſitũ pro* δὴ, μιμεῖσθαι *pro* μιμῆσθαι, τὸν *pro* τῷ, τὸ *pro* τοῦ. *Tam multa deprauata?* Tam *multa* Perionius *uno loco reſtituit, qui nihil antè reſtituit?* Adeóne *laborauit ut tandẽ nihil faceret? ut græca redderet obſcuriora?* Nihil *immuto, nihil immutandum puto.* Rem *ſic paucis explico. Sunt qui naſcuntur liberi, id eſt tam ingenui, ut iure naturæ ſeruire non debeãt, quales ſe prædicabãt* Græci. *Apud eos fieri nequit ut ijdem ſemper imperent, ijdem ſemper obediant.* Nam *ſic alteris fieret iniuria. æquũ eſt igitur omnes publici muneris eſſe participes.* In *eiuſmodi rep. par eſt eos imitari, qui propterea quòd ſunt pares, alijs alij uiciſſim cedunt, quia natura liberi nec uiolentum ferrẽt imperium, nec qui præeſſent, ſe deſpici paterentur. Quum cedunt uiciſſim, faciunt quod natura docuit à principio.* Tales *igitur ſunt, quales initio, quando nec imperabant, nec parebant, ſed pari iure uiuebant.* Exclamabis, Magiſtratus *mutat mores.* Vera *dicis.* Si *geris magiſtratum, ſerua leges & iura, cætera cede quaſi priuatus, quia cum paribus tibi res eſt.* Quid *paginas imples*

ples commentarijs,ut alios & teipſum miſerè perturbes?

Alij imperant,alij parent,quaſi uerò alij fiant.) ὥσπερ ἂν Verſi.13.
ἄλλοι γινόμενοι,*id eſt uelut alij facti.Quaſi uerò dicitur* ἀρσε-
νικῶς. *Itaque abuteris hoc uerbo, & uerborum tempora confundis.*

Atqui quod cuique bono eſt,id quenq; conſeruat.) qui, Verſi. 17.
quod,cui que,quem que.Suaue.

Munitior) αὐταρκέστερον,*audacter uerſum.* Verſi. 20.

Quæ tum ſe uelit.) Ad quid referes illud quæ? Refer Verſi. 21.
quò uoles,ſemper abſurdum reperies.

Scipſo contentum eſt;quod minus unum eſt: quod magis Ver.22.23.24
unum eſt,magis expetendum eſt.)O dij boni, itáne Ciceroniani loquuntur?Nos rudiores ſic diceremus,Si id magis eſt expetendum, quod ſeipſo contētum:etiam quod minus unū, eo quod magis unum,magis expetendum.

In caput 2. *uerſi.* 1.

Neque uerò eſſe hoc ſummum bonum &c.)Lege græca, nihil facilius & magis obuium reperies.Lege iſta,nihil obſcurius & contortum magis.Cur ita?quia εἰ τοῦτο ἄριστόν ἐστι, *id eſt ſi hoc optimum eſt,ſic reddit, eſſe hoc ſummum bonū, quia* λόγον,*id eſt ſermonem, uertit rationē,nec uidet Ariſt. de ſermone loqui quo ciues utuntur quum dicūt meum & nō meum.* κατὰ τὸν λόγον ἐὰν πάντες λέγωσι.*id eſt,ſermone quo utantur omnes ſi dicant &c. quia rectum caſum qui pertinebat ad uerbum* φαίνεται, *reliquit: is eſt Socrates . in eius locum aliud ſuffecit, quia ſic loqui maluit, Socrates putat argumento eſſe,quàm ſic,Socrates hoc eſſe putat indicium.*

Omnes dicitur duobus modis.) τὸ γὰρ πάντες διττόν. *Non* Verſi.4.
ſic conuerteret Cicero, Omnes dicitur duobus modis.quid

enim minus Ciceronianum? Lege *quæ ſequuntur,* Ac *ſi tanquam ſinguli, fortaſſis magis fiat quod uult Socrates effici. facilè cognoſces quantum ſit hoc in uiro ſuauitatis & eloquẽtiæ.* Adde *ſi placet & hoc,* Quiſque *filium eundem dicet, eandemq; uxorem.* Huc *ſi redeas, non audiam.* Cedo, *ad alia uenio: certum eſt errare me, qui cum iſto de rebus his diſputo.*

Pag. 2. uerſi. 1. *De quaque re iudicandũ eſt.*) περὶ ἑκάστου δὴ τῶν συμβαινόντων. Ocioſum *putat eſſe* τὸ, τῶν συμβαινόντων.

Verſi. 2. Non *ita aiunt.*) οὐχ οὕτω φήσουσιν, *id eſt non ſic dicent.* At *tempora commutantur, fateor: uerùm ſequere græca, dum licet, dumq; melius eſt.* Iam *non audeo ſcribere quàm male clauſeris duas ſententias contiguas, hoc modo, unuſquiſque eorum.*

Verſi. 7. Nam *uerbum omnes, & utrunq;, numerum dicit parem ac imparem.*) τὸ γὰρ πάντες, καὶ ἀμφότερα, καὶ περιττά, καὶ ἄρτια διὰ τὸ διττόν, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἐριστικοὺς ποιεῖ συλλογισμούς. *id eſt,* Hoc *uerbum omnes, & utraque, & imparia, & paria, propterea quòd duobus modis ſumi poteſt, in ſermonibus contentioſos parit ſyllogiſmos.* Si *rem tam facilem non capis, cur ſuſcipis hæc interpretanda?* Quid *clarius? quid dilucidum magis?* Quid *tibi uis quum dicis hæc,* Omnes *& utrunque numerum dicit parem ac imparem? ídne græca ſignificant? ídne ab alio cepiſti? uidéſne in omnibus* τὸ καὶ *repetitum?* Itáne *fretus aliquot Ciceronianis uerbis omnia ſubuertes?* Vel *hic unus locus monet ut in omne tempus conquieſcas.* At *te* Faber *decepit, ut alios pleroſque, quibus ingenium literæq; deſunt: à cuius ſentẽtia quum magnis rationibus adducti diſcrepamus, ſcelerati & impij*

impij uidemur. Nam multi, Bonus erat uir, inquiunt. Quis negat? Primus Ariſtotelem nobis expoſuit. Falſum. Extant interpretes antiqui longè præſtantiores. Reuocauit bonas literas. Id quoque falſum eſt, ſcripta demonſtrant. Multum deſudauit. Fruſtra quidē, quia ſine arte laborabat. Poteras illum ſilentio præterire. Poteram, ſi mihi cum doctis res eſſet futura: Sed uidebā fore qui uiri authoritate ducti, quicquid aliter aliúdue dicerem, extemplo reprehenderent, & me nihil uidiſſe cōfirmarēt. Quū mihi reſpondebis, ne tua defendas illius hominis authoritate, qui (ut tu ais) nec græca nec latina ſciebat.

Et in argumētatione ex eo cōcertationis cauſa, cōparatæ ratiocinatiōes oriūtur.) ἐν τοῖς λόγοις ἐριστικοὺς ποιεῖ συλλογισμούς. *id eſt, in orationibus contentioſos parit ſyllogiſmos. Videte quæſo quid affectet iſte, & quo genere loquendi abutatur. Iſta cōtraxit neſcio quomodo ex obſeruatione Ciceronis.* Verſi. 8.

Omnes dicere alio modo rectum eſt, alio modo, nihil cōſentaneum.) Improbè conuertis ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ, *id eſt uno modo & altero. Si alio & alio nonnunquam utimur in diuiſione, tamen quum duo referimus, haud utimur.* Verſi. 10.

Commune eſt, curæ eſt, cuique curæ eſt, quod autem cōmune eſt, minori quàm quantum ad quenq;.) Habemus Ciceronianum uenuſtum. Parcius iſta uiris tamen obiicienda memento. Paulò pòſt ita ſcribit, Vniuſcuiuſque ciuis erunt mille liberi, & hi non uniuſcuiuſque, ſed cuiuſuis æquè eſt filius. Quàm uenuſtè dictum, uniuſcuiuſque, uniuſcuiuſque, cuiuſuis? Quàm latinè & emendatè, hi filius? Declamitas in barbaros, & interim barbarè loqueris. hi filius, ídne Romana lingua patitur? Verſi. 12. 13.

Verſi. 20. *Qualicunq; ſint numero)* ὁπόσος τυγχάνει τὸν ἀριθμόν, *id eſt quotuſcunque ſit numero. Quod eſt quantitatis, refert ad qualitatem: nec ſcit quantitatem & qualitatem duabus categorijs contineri. Dicet,* ὁπόσος *eſt hîc* πολλοστός. *Quid tum?* πολλοστὸς *eſt quantitatis.*

Verſi. 28. *Alius nepotem appellat.)* ὁ δ᾽ ἀνεψιὸν προσαγορεύει. Ἀνεψιοί, *inquit* Heſychius, ἀδελφῶν υἱοί, *id eſt fratrum filij.* Phauorinus, Ἀνεψιὸς ὁ ἐξάδελφος, *id eſt fratris filius, aut patruelis.* I*mprobè uertis nepotem, quia aut græca non intelligis, aut barbariſmon committis.*N*epos eſt aui, non fratris.*

Verſi. 29. *Si qua coniunctio eſt uel ſanguinis, uel propinquitatis, uel affinitatis.) Sanguinem dicis* αἷμα, *affinitatem* κηδείαν, *propinquitatem* οἰκειότητα. *Dic mihi primum quam uelis accipi propinquitatem, deinde num ſatis aptè reddideris* οἰκειότητα *propinquitatem: an* Ciceroniani *propinquos & familiares eoſdem uocent.*

Verſi. 30. P*ræterea alium ſodalem, alium curialem appellat.) Quũ* φράτορα *conuertis ſodalem, non oſtendis imperitis græcæ linguæ, quibus hæc potiſſimùm ſcribuntur, quid ſit* φράτωρ. *deinde nõ ſeruas illam proprietatem* Dionyſii Halicarnaſſei & Plutarchi *de qua facis mentionem in annotationibus.* P*ræterea ſi tribus & curia ſunt idem, cur non reddis eodem modo? Si diuerſa, cur uteris eodem uerbo?* φράτορα *cõuertis ſodalẽ,* φυλέτην *curialẽ. hæc ſunt diuerſa*. I*n annotat. hæc duo uerba, inquis, uno noſtro curiæ interpretor.* I*nterpretaris & nõ interpretaris.* I*ã nõ uideo quæ te cauſa mouerit ut ita ſcriberes,* T*ribulis non ſatis aptum uerbum mihi uiſum eſt.* Q*uid ita?* Cicero & Liuius *utuntur frequenter. Si* φυλὴ *tribus eſt, ut fateris,* φυλέτης *eſt tribulis.* A*d hæc*

hæc, quomodo græci dicunt φρατρίαν *eſſe tertiam partem tribus, ſi curia eſt tribus, & hæc uerba confunduntur?* Non *enim curialẽ diceres pro tribuli, niſi tribus appellari curias ſcires.* Mirari *non deſino quæ te moueant cauſæ ut alios do cere uelis res arduas atque difficiles, quas penè ſolus ex ijs qui in aliquo numero ſunt, ignoras.*

Cum interim filij.) τὰ μέντοι γινόμενα τέκνα. Cur *filij potius quàm filiæ?* Quod *uerbum græcum ſignificat id quod interim?* Pag. 3. uerſ. 7.

Aliorum animantium uxores.) Equorum *uxores*. Satis *audacter, homo uerborum obſeruantiſſimus: & illud, natos edere.* Nã *quomodo ſiquis natus eſt, editur? & illud,* Phar*ſalia pro* Pharſalo. Verſ. 8. 9. 10.

Pugnæ, *cõtumeliæ.* Quæ *impia & nefaria ſunt in parẽtes & propinquos, ſicuti in extraneos.)* Nõ *dicit* Ariſt. *quod tu, nec ſcelera admiſſa in parẽtes tã leuia putat q̃ in extraneos commiſſa, ſed hæc mens eius,* Haud *facilè uerbera, cædes, pugnas, conuicia uitabunt, quorum nullum ſic admitti in patres, matres, propinquos fas eſt, ut in alienos.* Non *intelligebas græcorum* φράσιν. Verſ. 13.

Eum *qui communes liberos genuerit.)* κοινοὺς ποιήσαντα τοὺς υἱοὺς. *id eſt, Socratẽ qui facere uoluit ut liberi cõmunes eſſent.* Num *loquitur* Ariſtoteles *de eo qui genuit liberos?* Minime, *ſed de legiſlatore, qui adimit amantibus coitum, ut quæ ſequuntur, oſtendunt.* Verſ. 18.

Quoniam *etiam ſolus amor obſcœnus eſt, eſt indecorum maxime.)* Quid *dici uelis, ego non intelligo.* Verſ. 20.

An *fratres commiſceãtur.)* Hæc *uerba demonſtrãt te male interpretari, quod explicatũ in annot. uoluiſti.* Nec *uideo* Verſ. 24.

cur iſta tam prodigioſa interpretari uelis, qui non agis interpretem. Scribis hoc modo, Verbo uſus, impudicas cõtrectationes intelligendas puto. Rem acu tetigiſti.

Verſi.24. *Quanquam agricolis.)* & *uertis quanquam*. Improbè. *Adde quòd Ariſtoteles non dicit quod tu, Agricolis mulierum communitas utilior eſt futura, q̃ cuſtodibus: ſed hoc, Si mulieres habendæ ſunt communes, id permittendum potius agricolis quàm cuſtodibus. Vide quæ ſequuntur: id eſſe uerum quod dico, facilè cognoſces.*

Verſi.27. *Leuior enim ita demũ amicitia futura eſt, ſi ſint cõmunes & mulieres & liberi, quales debẽt eſſe ij qui parent imperio, non rebus nouis ſtudere.) Dij me ament, miſeret me tui. Quid narras Ioachime? Primùm contortè loqueris, Quales debẽt eſſe qui parẽt imperio, nõ rebus nouis ſtudere. deinde loqueris pſittacorum more. Quò refers hoc, quales? Neſcis. Agricolæ (inquit Ariſt.) parere debent, non ſeditiones mouere. quanto leuior erit illorum amicitia, tanto minus coniurabunt, tanto libentius parebunt. Erit autem minus firma, ſi habeant uxores communes. Vtilius ergo ciuitati, agricolis q̃ cuſtodibus uxores eſſe communes. Vide num uerbis hæc exponas quæ philoſophus ſentiebat. At, inquies, mihi mea ſententia eſt. Tua ſanè, non eius quem fruſtra uertere conaris.*

Pag.4. uer.3. *Ac ciuitatem ex eo quòd una ſit.) Non is laudibus ornat ex eo quòd una ſit, ſed optimam cenſeret ſi una eſſet. Sequeris uerba hinc & illinc tranſcripta, & intempeſtiuè corrogata: mentem philoſophi non ſequeris.*

Verſi.5. *Ariſtophanem ſcimus in lib. quos de amore ſcripſit, dicere.)* ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς λόγοις. *id eſt, in ſermonibus amatorijs, hoc eſt in dialogo Platonis de amore, ubi Ariſtophanes ſuam de*

amore

amore explicat ſententiã. Iſte putat Ariſtophanem de amore libros ſcripſiſſe, & nunc de illis agi.

Dicit amantes propter ardorem amoris coniungi.) ἐπιθυμούντων συμφῦναι. *non dicit coniungi, ſed uelle coniungi. Aliud autem uelle, aliud fieri.* Verſi.6.

Neceſſe eſt utrunque interijſſe.) ἐφθάρθαι, *corruptũ eſſe.* Verſi.7. *Non audet uti uerbo corrumpendi, ut hic & alibi, quũ tamẽ omnes* φθείρω *uertãt corrumpo, nec improbè.* Virg.2.Geor.

Nec caſia liquidi corrumpitur uſus oliui.

Agit de re mixta atque cõfuſa, ut hic Ariſtoteles. Cicero libro 2. *de natura deorum,* Nam ut profluens amnis, aut uix aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrũpitur, ſic orationis flumine reprehẽſoris uitia diluuntur. *Hic autẽ uerius dicas duos in unũ corruptos, q̃ ambos interijſſe, quorũ neuter interijt.* Dicet aliquis, Non fugit uerbũ corrumpendi. Quidni? Improbat *illud commentario quodam, & eos qui inſcribunt libros de corruptione.*

Vt nec ſit neceſſe uel filium patrem ſuum appellare, uel patrem filium.) Hoc *loquendi genus* Quintil. *improbat, nec immerito.* Poteras *figuram mutare.* Hoc *tamen ineptè loquenti condono.* Verſi.10.

Duæ cauſæ ſunt quæ neceſſitudinem amorémque gignũt & conciliant.) Redundat *uerbum conciliant, ſiue rem, ſiue numerum ſpectes.* Verſi.17.

Facilius naſcentur neceſſarió.) Itáne *loquuntur* Ciceroniani, *facilius neceſſarió? an hoc etiã modo,* Neque fratres, non liberos, neque parẽtes? Non *ita multò pòſt ſic à te ſcriptum reperio.* Verſi.26.

In *cap.*3. Verſi.1.

Quo pacto conſtituere debeant ij &c.) Quid conſtituere? reliquiſti τὸ περὶ κτήσεως, & tenebras offudiſti.

Verſi.2. *Optimo reip. genere uſuri.)* μέλλουσι πολιτεύεσθαι. πολιτεύεσθαι *non eſt uti rep. quod eſt omniũ ciuiũ cõmune, ſed remp. aut cõdere aut adminiſtrare, quod eſt cõditoris aut magiſtratus.*

Verſi.12. *Ac ſi alij ſint aratores, aliud genus, idq́; facilius conſequetur: ſin ſibi laborẽt, profectò rerum poſſeſſionẽ & quaſi ſupellectilem, multa incommoda ſequẽtur.)* Quæro primùm de quibus aratoribus, & de quo genere loquare? non te explicas, quia neſcis τὸ ἕτερον εἶν πρός τι λεγόμενον, quia τὸ ζῷον uertis genus. Deinde, hoc tuũ profectò, unde ſumpſeris, & tandem cui uerbo græco reddideris ſupellectilem? ut reuocares genus ad ſpeciem?

Verſi.22. *Qui unà iter faciunt)* συναποδήμων. Tibíne συναποδημῶν idem ſignat quod ὁδοιπορῶν?

Verſi.23. *Vt leui de re offenſiore inter ſe animo ſoleãt affici.)* Præclarum loquendi genus, Eorum qui unà iter faciunt, diſſidia fiũt, ut leui de re offenſiore inter ſe animo ſoleãt affici. Eorum diſſidia fiunt, fiunt ut ſoleant. ὦ πάτερ καὶ θεοί. Itáne ponit Ariſtoteles portenta uerborum?

Verſi.28. *Diſtabit plurimum.)* οὐ μικρὸν διενέγκαι. τὸ διενέγκαι ponitur hîc pro eo quod eſt præſtare & excellere, non diſtare.

Ibidem. *Sic enim utriuſque generis &c.)* Cur addis hoc uerbum ſic, de tuo? Vt Dauus, interturbat omnia.

Pag.2. uerſi.1. *Omnino.)* Recidit in obſcuritatis uitium, & uniuerſum genus, & omnino confundit.

Verſi.4. *Amicorum omnia communia.)* Hoc prouerbium (inquit iſte in annot.) uult Ariſt. ad poſſeſſiones & bona ſolũ pertinere. Egregiè philoſopharis. Num ſi hîc bonis accõmodauit,

uit, iccirco ad bona ſolũ uoluit pertinere? Lege tu *quæ ſcribis* 8. *Ethic. cap.* 9. *Quandiu, inquis, homines inter ſe communione aliqua conſociati ſunt, tandiu, quoniam iuris etiam cõmunio, amicitia permanet: & prouerbiũ illud rectè,* Am*icorum bona communia, quandoquidem amicitia in ſocietate conſiſtit. Sũt autem fratrum & ſociorum omnia communia.* Vides ut Ariſt. *& tui ſis oblitus?* Illic *non ponis uerbum imperandi ſint, cur hic ponis?* Illic τὰ φίλων *reddis bona amicorum, non capis opinor ſolas poſſeſſiones.*

Tanquam id fieri poſſit.) ὡς οὐκ ὂν ἀδύνατον. *Nõ hoc dicit, tanquam id fieri poſſit, ſed, ut ſcias fieri poſſe.* Verſ. 6.

Cum ſuum quiſque tenet, eo amicis prodeſt.) τὰ μὲν χρήσιμα ποιεῖ τοῖς φίλοις. *id eſt, alia dat amicis utenda.* Vides *ut iſte loquitur? eo amicis prodeſt. ſic reddit* τὰ μὲν, τὰ δέ. Nul*lum præter ſe* Romanè *loqui putat. Solus inter eos qui nũc ſcribunt, mihi ineptiſſime loqui uidetur.* Et *dictitat inſolens,* Pauci *norunt meum genus interpretandi.* Nolui Strebæum *ſcire me cõuertere* Ariſtotelem *de re ciuili, quia rem omnem quamprimum reliquiſſet.* Adde *quòd nimis ac nimis arroganter inſcribit libellum infantiſſimũ,* De optimo genere in*terpretandi. Sed hæc hactenus.* Verſi. 8.

Lacedæmone *ſeruis utuntur ut ſuis.*) οἱ λακεδαίμονι τοῖς δούλοις χρῶνται τοῖς ἀλλήλων, ὡς εἰπεῖν ἰδίοις. *id eſt,* Lacedæmone *ſeruis utuntur alter alterius, non aliter ac ſi proprij eſſent.* Iſte *optimus interpres,* Lacedæmone *ſeruis utuntur ut ſuis.* Verſi. 10.

Vtuntur *canibus, ſi in agris regionis uiatico egeant.*) Num *hoc optimum genus interpretandi?* Hoc *dicit* Ari*ſtoteles,* Lacedæmonij *utuntur communi uiatico quum regionem peragrantes egent.* Vt *inuertit iſte ſententiam? ut* Verſi. 10.

inepte ponit, agros regionis? Quàm pulchrè uertit illud proximum, τὸ νομίζειν ἴδιόν τι, iucundam rerum ſuarum cogitationem? Lege quæ ſcribit in annot. ridebis.

Verſi. 14. *Non eſt fortuita aut ſuperuacanea amicitia, qua ſe quiſque diligit) οὐ μάτην, id eſt non ſine cauſa, quiſque ſibi ipſe charus eſt. Vides optimum genus interpretandi? Vides & in hac oratione, Nam ſui diligentem eſſe, id demum iure uituperatur, quod non eſt ſeipſum diligere, ſed nimium. Sentíſne ſpinoſam loquendi nouitatem?*

Verſi. 20. *Vel ſodali.) ἑταίροις, id eſt ſocijs. Socios & ſodalem ponit pro eodem.*

Verſi. 25. *Id quod in rebus dãdis cernitur.) τὸ περὶ τὰς κτήσεις, id eſt alterũ in fortunæ bonis. Elegãter iſtuc, In rebus dandis cernitur. Alioqui ſplendida non fuiſſet oratio.*

Verſi. 27. *Quippe cum in rerum quæ occupantur uſu cõſiſtat liberalitas) ἐν γὰρ τῇ χρήσει τῶν κτημάτων τὸ τῆς ἐλευθεριότητος ἔργον ἐστί. Quàm propriè dixit ea bona occupari, in quibus cõſiſtit liberalitas?*

Verſi. 28. *Præclara igitur.) ἐπιδέξιος, id eſt præ ſe ferens bilarem uultum, dicitur ab iſto præclarus. Ibidem, Legum condendarum ratio, νομοθεσία, quæ mollius & melius legumlatio nominatur. Ibidem ἄσμενος, libenter.*

Pag. 3. uerſi. 3. *Actiones dico quæ inter ciues ſunt contrahendarum rerum.) λέγω δὲ δίκας τε πρὸς ἀλλήλους περὶ συμβολαίων. id eſt, dico lites & controuerſias de pactis conuentis ciuium. Quid ſibi uult iſte quum dicit actiones contrahendarum rerum? Dicit iudicium de pactis. Sic eſt. Nunc capio quid uelit. Veniebat in mentem quod ſuprà monſtrauerat, δίκην pro iudicio nunquam poni, quum poſuiſſet ipſe.*

Falſorum

Falſorum teſtium iudicia.) ψευδομαρτυρία non eſt falſus Verſi.4.
teſtis,ſed teſtimonium falſum.

Multo plura diſſidia fieri uidemus eorũ.) πολλῷ διαφερο- Verſi.6.
μένους μᾶλλον ὁρῶμεν. Vt iſte detorquet genus loquẽdi, ut in-
troducat hoc Ciceronianum,diſſidia eorum fieri uidemus?

Quòd eos qui priuatas res habent,multos cum illis pau- Verſi. 10.
cis comparamus.)Hoc Ariſt.dicit,Paucos uidemus bonorũ
ſocios diſcordes,ſi comparamus cum eorum multitudine qui
proprias tenent res.Iſte ponit,quòd eos,& quæ ſequuntur,
& obſcuriorem texit orationem.

Sed etiam quibus bonis liberabũtur.)propriéne loqueris Verſi. 13.
quũ dicis bonis rebus liberabuntur, pro eo quod eſt, bonis
carebunt?Et paulò pòſt quum ſic dicis,hæc uiuendi ratio o-
mnino eſſe nullo modo poteſt?πάμπαν ἀδύνατος ὁ βίος, omnino
nullo modo,noué.

Sed tamen ſi paulum abſit ab eo ut perdat ciuitatis no- Verſi. 19.
mẽ, deterior ciuitas habebitur.)ἐγγὺς δ' ἔσαι τοῦ μὴ πόλις εἶ-
ναι, χείρων πόλις. id eſt,parum aberit quin non ſit, deterior
facta ciuitas. hoc eſt,ſi fiat deterior, non erit ciuitas. Oro
te per deos, uide quid loquare, & num capias philoſophi
mentem.

Verſum ad unum pedem redigat)ἢ τὸν ῥυθμὸν ποιήσειε βά- Verſi. 21.
σιν μίαν, id eſt uel numerum reuocaret in unam & eandem
greſſus motuſq; formam. Neſcis ῥυθμὸν καὶ μέτρον,id eſt nu-
merum & uerſum differre? Vide Quintilianũ ubi de cõpo-
ſitione diſſerit.Cur uertis ῥυθμὸν uerſum? Ariſtoteles tertio
libro rhetoricorum ſcribit hoc modo, ὁ δὲ παιὰν λοιπός, ἀπὸ
μόνου γὰρ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν. Vidéſne Ariſto-
telem,quem uertere id eſt ſubuertere uis, μέτρον & ῥυθμὸν

diſtinguere?

Verſi. 23. *Debet ciuitas communi inſtitutione & diſciplina una effici.)* κοινὴν καὶ μίαν ποιεῖν, *id eſt ciuitatem communem & unã facere. Non refero communẽ ad diſciplinam ut tu, ſed ad ciuitatem, quia Socrates uult omnia eſſe communia in ciuitate, ut una maximè fiat. uult igitur cõmunem & unam fieri, quod oſtendit* τὸ, καὶ.

Verſi. 24. *Diſciplinam inuehere uelit.) Cur toties occinis tuum inuehere? Ciceronianum eſt. Eſto. Iccircóne ſemper erit in ore? Num diſciplina plauſtris & nauigijs inuehitur in ciuitates? Hoc in loco diſcrepant noſtræ interpretationes. Cur ſic reddiderim ſententiam philoſophi, dicam quum mihi reſponderis, & mea reprehenderis.*

Pag. 4. uer. 2. *Alia inducta non ſunt.)* οὐ συνῆκται, *id eſt collecta nõ ſunt.* συνάγω *num ſignificat quod induco?*

Verſi. 3. *Sed hoc perſpici licebit maximè ſiquis re ipſa eiuſmodi rempublicam conditam uideat.) Conuertis* τὸ τοῖς ἔργοις *ut* ὄντως, *peſſimè quidem: &* κατασκευαζομένην *conditam, nec intelligis quid loquatur philoſophus, quia non habes rationẽ ſuperiorum.*

Verſi. 17. *Quæ maior auctoritas in ijs erit qui eis imperabunt, aut in ijs qui à doctrina ad imperij prouinciam ſuſtinẽdam uenient?)* ὑπομένουσι τὴν ἀρχήν, *uertis primum, qui eis imperabũt: deinde, qui ad imperij prouinciam ſuſtinendam uenient. Satísne commode? idémne putas eſſe? Quid? loquitúrne de cuſtodibus & ſenatu, an de ſolis magiſtratibus? Neſcio, inquies. Ego quidem te neſcire puto.*

Verſi. 19. *Solum gymnaſia & armamentaria uetant.)* τῶν ὅπλων κτῆσιν, *id eſt armorum poſſeſſionem. Quid eſt armamẽtariũ?*

Quid

*Quid eſt uetare armamentarium?*Non loquitur Ariſtoteles *de armamentario,ſed de armorum capiendorum iure, quod eſt & in illis ciuitatibus quæ non habent armamentarium.* Non aliter *iſte conuertit* ὅπλων κτῆσιν,*atque* ὁπλοθήκην.

*Criminationes uerò & iudicia.)*ἐγκλήματα δὲ καὶ δίκαι. Verſi.14.
Scribis in ſecundum caput libri primi, Neque enim unquam δίκην *legi niſi pro iuſtitia aut dea quæ iudicijs præeſt. Scribis in hoc caput,*δίκαι *autem iudicia hic dico.* Ecquid pudet? *Iámne tua memoria tuóque iudicio ſtabimus?*

I*am uerò poſſeſſiones omnes poteſtati cuſtodum permittit.)*γεωργοὺς,*id eſt agricolas, uertis cuſtodes, quid magis ridiculum?*Ego*(inquis in annot.)*φύλακας *legendum arbitror.* Verſi.19.
*Quis te coëgit falſum putare?*At Plato *cuſtodibus ciuiū bona committenda cenſet.*Falleris.*Quæ tranſcribis,non id continent,ſed cuſtodes nihil habere,quū liceat illis omnia ciuiū bona habere.quod nonnulli dictitabant propterea,ꝙ armis res omneis occupare poſſent. nam mercedem capiebant ab agricolis.*Ibidem,γεωργοὺς *pro* φύλακας *poſitum puto. Heus tu, uin' perſuadere nobis agricolæ nomē eum ſignificare qui relictus eſt in armis cuſtodiendæ ciuitati?*Næ *tu mirus es artifex. Cui perſuadebis? Interpretationi ridiculæ addidiſti commentarium multo magis ridiculum. At deinceps ſeruorum mentionem facit Ariſtot. Quid tum? Comparat agricolas diuites cum ſeruis agrum* Lacedæmonium *colentibus. Quod pro te inducis argumentum,te planè refutat.*Hilotes *optimè cum agricolis elatioribus,non item cuſtodibus conferuntur.*In *republica Socratica quam improbat Ariſtoteles, nihil habent proprium cuſtodes,ſed agricolæ, niſi quòd ſoluunt penſionem.*

Pag.5.uerſ.6. *Quibus moribus aliqui ſint prædìti.)* ποίας τινάς, *inquis in annotat.refero ad mores. Male, debuiſti referre ad leges, de quibus paulò antè fecerat mentionem.* Hoc enim *dicit, non parui refert cuiuſmodi ſint leges ad ſeruandam cuſtodum communionem. At ſolet Ariſtoteles uocare homines* ποίας τινάς, *qui bene animo affecti ſunt.* Itáne? *Quid ſi male affecti? Quomodo igitur dicit hæc in Categorijs,* ποιότητα δὲ λέγω καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται? Nonne *malæ ſunt qualitates, & bonæ, & indifferentes? de quibus omnibus illic agit, & tamen dicit* ποιάς τινάς.

Verſi.8. *Vt uiri eorum res quæ in agris naſcuntur.)* ὡς τὰ περὶ τῶν ἀγρῶν οἱ ἄνδρες αὐτῶν. *id eſt, quæ ſunt in agris ipſis.* Neſciebas *quò referendum eſſet* τὸ αὐτῶν, *itaque prodigioſam effudiſti ſententiam, Viri eorum res quæ in agris naſcuntur, adminiſtrant: pro eo quod eſt, res ruſticas uiri adminiſtrant.*

Ibidem. *Si mulieres facit communes)* ποιῶσι, *facit. rectè.*

Ibidem. *Quis rem familiarem adminiſtrabit? ut uiri eorum res quæ in agris naſcuntur, etiamſi communes res ſint, & aratorum mulieres?)* Explica nobis Ioachime quid uelis. Dij *me ament, ne* Apollo quidem *explicare poſſit.*

Verſi.11. *Abſurdum etiam eſt beluarum ſimilitudinibus docere eadem mulieres quæ uiros ſtudia decere, ad quas rei familiaris cura nihil pertinet.)* Illud *quas, refers ad beluas, an ad mulieres?* Ad *mulieres, quia uerbũ propius eſt. Erras, refertur ad beluas, ideoq; ſtatim beluis annectere debuiſti.*

Verſi.12. Atque *etiam de magiſtratibus inſtitutio.)* Dic, *ſi tibi uidetur, dicamús ne, inſtituo de magiſtratibus? Non, inquies. Quomodo igitur dicetur, inſtitutio de magiſtratibus? Cicero dicit, Suſcipitur de aliqua re inſtitutio. Quid tum?* Hoc

de aliqua re,ad uerbum ſuſcipitur,referri debet.Itaque ſolœciſmon admittis.

Vult enim eos &c.) αἴτιον *uertis ſeminarium:* μικρὸν ἀξίωμα*,animum demiſſum:* πολεμικοὺς*, ad bellum natos. dicis, demiſſo animo ſunt,magno animo ſunt. Quid? nihil unquã uideram tam abſurdum.* Verſi.13.

Niſi multæ eius partes, uel omnes, uel certè aliquæ beatæ uitæ ſint compotes.) πλείστων*,multæ, inquis. addis de tuo illud certè. Ambiguè & ineptè loqueris ſic , certè aliquæ beatæ uitæ ſint compotes.* Verſi.24.

Cum præſertim nõ ſit eorum beata uita, quorum eſt par numerus.) Quid ais Ioachime? fœlicitatem ad ea quorum eſt par numerus, pertinere non poſſe? Duo igitur uiri non poſſunt eſſe fœlices,non quatuor,non ſex,non octo, non decem.Nam iſtorum par eſt numerus. Duorum ſexuum nõ eſt beata uita,quoniam illorum par eſt numerus. Vbicunque numerus erit par, non erit beata uita.Hoc neque Ariſtoteles, neque uetus interpres,neque Faber, neque Leonardus, neque alius quiſquam dixit. Quis te impulit in hunc errorem? Ignoratio philoſophiæ.Vis interpretari ſummum philoſophum ſine iudicio, ſine conſilio, ſine lingua, ſine memoria,ſine cognitione rerum. Quum locos obſcuros illuſtrauimus, lumen extinguere, nouas tenebras inducere conaris. Quid ergo ſibi uult Ariſtoteles, οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν τὸ εὐδαιμονεῖν ὧνπερ τὸ ἄρτιον? Hoc dicit, Non ſunt eiuſdem generis *fœlicitas,& uniuerſitas partium,quia fieri non poteſt ut inſit in toto & in nulla parte fœlicitas. Vniuerſitas partium, &(ut ita dicam)integritas rei,toti quidem ineſt,ſed de nulla parte dici poteſt. Si ciuitas eſt beata , ciues omnes ſunt* Verſi.25.

beati.ſi totus homo rationis eſt particeps, non tamen pes eſt rationis particeps. Quid hoc dilucidum magis? Scribe nunc de optimo genere interpretandi. ἄρτιον, *inquies, ſignificat par. Significat* ὑγιὲς, ὁλόκληρον, τέλειον. *legito bonos ſcriptores. Ibidem ſcribis, Par numerus in toto eſſe poteſt, & in neutra parte. Semel atque iterum peccas. Par numerus poteſt eſſe in parte, ut in pede, &* μηδέτερον *refers ad duo, quum de pluribus dicatur.*

Verſi.28. *Sordidarum artium multitudo)* τῶν βαναύσων. *id eſt artificum ſordidorum.*

Verſi.30. *Incommoda inuehit.)* ἔχει. *inuehit, affectatum.*

In caput quartum Verſi.1.

Similis eſt ferè legum ratio.) Ariſt. non dicit ſimilem eſſe legum rationem, ſed in libris Platonis de legibus, Socratem eadem penè de rep. dicere, quæ dixerat in libris περὶ τῆς πολιτείας. *Nec rectè dicis, Similis eſt legum ratio quas ſcripſit poſtea. Socrates nullas ſcripſit leges. Itaque Ariſtoteles non* ἔγραψε *ſed* γραφέντας *dixit.*

Verſi.3. *Breuiter expoſuit Socrates quæ ratio & forma cõmuniũ liberorum, & uxorum, & poſſeſſionum, & reip.) Dicebas ſuperiore cap. Forma uerò reipub. quæ futura ſit inter eos quorum omnia erunt communia, nec Socrates ipſe tradidit, nec facilè tradi poteſt. Nunc ſcribis contrarium, tui oblitus, & interponis formam & rationem, quæ non ſunt in græco.*

Verſi.6. *Qui eandem ciuitatẽ incolunt.) Incolitúrne ciuitas, id eſt ciues? an locus ciuitatis? Ineptè loqueris. Ciuitas incolit (ut ait Cicero) non incolitur. Non hoc ſignificat* οἰκοῦντων.

Verſi.7. *Qui bellicis officijs ſtudeant, qui conſilio iuuant, & poteſtate tenent.) Studeant & iuuant,* ἀνακόλουθον.

Reliquam

Reliquam diſputationem alijs ad rem nihil pertinenti- Verſi. 12.
bus referſit,& qualis cuſtodum inſtitutio eſſe debeat.) Quis unquam ſic locutus eſt? Et paulò pòſt, Quod autem ad leges attinet, maxima ex parte leges ſunt.

Deducitur) περιάγει, id eſt circumagit, uertis deducitur. Verſic. 17.

Et illam mille arma ferētium, hanc quinq; millium) Quæ Verſi. 22.
uis eſt iſtorum uerborum Ciceroniane, cedo?

Minus neceſſarijs rebus.) περιττόν, id eſt ſuperuacaneum. Verſi. 23.
Eſt'ne idem minus neceſſarium, quod ſuperuacaneum?

Præclari autem omnes certè eſſe non poſſunt.) καλῶς δὲ Verſi. 25.
πάντα ἴσως χαλεπόν. id eſt, Præclarè omnia, fortè difficile. Referſ hæc uerba πρὸς τοὺς λόγους, quū paulò antè dixerit πάντες λόγοι in genere maſculo. Quod philoſophus affirmauit, ex parte negas, ac puerilem hanc interponis orationem, Præclari omnes certè eſſe non poſſunt. Græca ſic conuerto, Omnia pulchrè ſint ab eo conſtituta: fortè re perficere, quod uerbo ſtatuit, eſt difficile. Id Ariſtotelem dicere ſequētia demonſtrant.

Sed tamē nihil quod fieri nō poteſt, proponendū.) Quid Verſi. 30.
eſt hoc? Nihil quod fieri non poteſt?

Rectè addi poteſt finitimorū locorum rationem ducendā Pag. 2. uerſi. 3.
eſſe.) καλῶς ἔχει προστεθεῖναι. id eſt, bene addētur. Quid ais? addi poteſt rationem ducendam eſſe?

Sed ad alia etiam loca uel tuēda uel inuadēda.) ἀλλὰ καὶ Verſi. 7.
πρὸς τοὺς ἔξω τόπους. id eſt, ad externos locos. Tum agis interpretem, quum res eſt dilucida.

Hoſtibus terrorem afferre debent.) δεῖ φοβεροὺς εἶναι τοῖς Verſi. 10.
πολεμίοις. Nō eſt idem terrorē afferre, quod φοβερὸν εἶναι, ut non idem peccare, quod uitioſum eſſe.

Verſi.19. *Hæ affectiones uirtutes ſunt.)* ἀσὶν ἕξεις ἀρετικαί. Vides quod ſuprà demonſtraui, nomen habitus iſti diſplicere.

Verſi.21. *Facultatibus moderatè & liberaliter uti licet, ut neceſſe ſit hos uſus in ea ipſa conſiſtere.)* Barbarè loquitur, in ea ipſa facultatibus. Ariſtoteles poſuerat οὐσίαν, deinde retulerat αὐτήν. Iſte quum mutaſſet numerũ, nec animaduertiſſet, incidit in ſolœciſmum.

Verſi. 23. *Abſurdum eſt multitudini ciuium non conſulere.)* Hæc improbè dicis pro eo quod eſt, Abſurdum eſt Socratem de ciuium multitudine nihil conſtituere.

Verſi.25. *Liberorum orbitates.)* ἀτεκνίας male conuertis liberorũ orbitates. Eſt enim ἀτεκνία, ἀπαιδία.

Verſi.27. *Atqui non tam ſubtilis tum ratio ciuitatum, quàm nunc, eſſe debuit.)* Acutus erit qui hæc tua uerba capiet. Ariſt. dicit diligẽtius uidendũ Socrati quam ſtatuat ciuium multitudinem, quàm cæteris qui nolũt bona eſſe cõmunia. Scribis ad hæc commẽtarium, dij boni quàm implicatum? quàm inſulſum? quàm ineptum? quàm prodigioſum? Hic locus, inquis, mihi corruptus & deprauatus uidetur. Nunc uteris nomine corrupti, quod aliâs magnopere fugis. Cur autem locus corruptus? Non eſt, ſed iudicium tuum non eſt integrum. Hæc, inquis, duo uerba deſiderantur, ὥσπερ ἀρχαῖοι. Immo deſideratur tuum iudicium. Pergis. Nã mihi cõparare uidetur Ariſt. eam bonorũ diuiſionẽ quæ ipſius erat tẽporibus, cum ea communitate bonorum quam primo libro dicit fuiſſe. Erras tota uia: de tali communitate bonorum non facit mentionem toto libro primo. Addis, Comparationis & ſimilitudinis quam refellit, quæ ſentẽtia ſit ignoro. Amo te, uera canis, ignoras. Paulò pòſt, qui παρέγγνης eſſent, inuenire non potui.

Credo

Credo, quia tibi diſplicebat aliorum ſententia, nec meliorem habebas. παρέζυγας, *inquis, dixi aratores. peſſimè ſic uertiſti.* Huc *tandem uenis,* Videndum *eſt num* πεζίζυγας *potius legendum eſſe uideatur.* Videto. *Scimus non ita legendum.* O *præclarum de optimo genere interpretandi ſcriptorem!* Q*uid te miſerè torquet?* Hoc *ſanè,* πολεῖς τότε καὶ νῦν. *Illud* Galeni *uerum eſt,* I*gnoratio parit ſophiſmata.* N*eſcis quid philoſophus loquatur.* πολεῖς τότε *dicit ciuitates quæ tum eſſent, quū* Socratis *inſtitutio fuiſſet ab omnibus probata.* Di*ligētius, inquit, proſpiciendum uidetur ciuitatibus ijs quæ omnia tum haberent communia, quàm hiſce noſtris, in quibus cuique ſua bona ſunt.* Nunc *enim quoniam bona diuiduntur in quantamlibet multitudinem, nullus eget.* παρέζυγας *dicit eos qui numero primo ciuium adiungentur, quibus nihil erit, ſi bona prius optimè (ut uult* Socrates*) fuerint diſtributa.*

Q*uem numerum qui conſtitueret, & euentus rerum ſpe-* Pag.3.uerſi.5.
ctaret, ſi fortè ex ijs qui nati eſſent, excederent è uita, & aliorum orbitates.) Q*uid iuuat te ſcribere uerba quæ nec ipſe capis, nec alius quiſquam?* Q*uid duo uaria ac diuerſa in unum confundis?*

P*arem numerū domorum permanere putabat.)* Relinquis Verſi.10.
hæc uerba, καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν. *quod ſi feciſſent multi locis multis, iam omnia penè ſcripta periiſſent.*

I*mpares multitudine.)* κλήρους ἀνίσους κατὰ μέγεθος, *id eſt* Verſi.11.
ſortes magnitudine impares. Cur *maluiſti uertere multitudinem quàm magnitudinem, quum potius loquatur de agrorum magnitudine?*

Q*uis ſit horum optimus ſtatus.)* πῶς οἰόμεθα βέλτιον ἂν Verſi.12.

ἔχει. *non dicit, quis ſit optimus, ſed quem putet optimū. Sic modeſtius quàm tu.*

Verſi. 16. *Quemadmodum ſtamen ex alia lana quàm ex licijs texitur.)* ὥσπερ ἐξ ἑτέρου τὸ στημόνιον ἐρίου γίγνεται τῆς κρόκης. *id eſt, quemadmodum ex alia lana fit ſtamen, ex alia ſubtegmen. Quid occinis? ſtamen ex alia lana quàm ex licijs texitur? Num ſtamen ex licijs texitur? Licia quæ ſunt? Putáſne referri* τὸ τῆς κρόκης, πρὸς τὸ, ἐξ? *Hic locus perſpicuè oſtendit te, id quod alijs obijcis, neque græca neque latina ſcire.*

Verſi. 17. *Porrò quum facultates.) Ciceroniani reprehendunt eos qui initio ponunt porro, nec addunt autem. dicendum eſſe contendunt, porro autem. Id ſi uerum eſt, quomodo Ciceronianus es? hoc tamen non reprehendo.*

Verſi. 20. *Videndum eſt ne fortè ædificiorum diuiſio ad rem familiarem conferat.) Ariſt. dicit, uidendum cuiuſmodi ſit ædium partitio, ne fortè ad rem familiarem non conferat. Tu contrarium ſcribis.*

Verſi. 21. *Bis enim ædes quum diuiſiſſet.)* δύο γὰρ οἰκόπεδα ἑκάστῳ ἔνειμε. *id eſt, Binas ſingulis diſtribuit ædes. Tu bis pro binis ineptè ponis. At alibi pono binas. Cedo igitur.*

Verſi. 25. *Continetur medio ſtatu, quod conſtat.)* μέσον τούτων ἦν καλοῦσι. *Puer diceret, ſtatum, quem, non quod.*

Verſi. 27. *Optimam poſt primā.) Scribit in annotationibus, Cicero illud* μετὰ *dicit ſecundum, ſed cum ſuperlatiuo utendum eſt. Si addatur participium uel nomen rei,* μετὰ *poſt dicitur. Hæc ille, nec dicit ſecundū ut Cicero cū ſupremo gradu cōparandi: & Cicero aliter dicit quàm iſte præcipit, ut ſecundum hunc diem, de Oratore: Secundum calendas, & ſecundum ludos, in Verrem.*

Dicuntq;

Dicúntque regnum unius imperio contineri.) λέγοντες τὴν μὲν βασιλείαν, μοναρχίαν. *Non dicunt regnum* Lacedæmonio*rum unius imperio cõtineri, quaſi ſit illis unus rex, ſed quia reges habebant, eorum remp. monarchiam continere.* Pag. 4. verſi. 3.

Tyrannidem *ſpectari uolunt.)* ἐᾶν, *ſpectari.* Splendidam *quærit orationem.* Habeo *gratiam.* Verſi. 6.

Re*ſpub. ex pluribus confuſa eſt.)* Tã *ſæpe repetes nobis nomen confuſi? éſtne aliud quo permixtum dicere poſſimus?* Cur *hoc illi uerbum magis arridet? quia cæteros putat igno rare quæ ſit huius natura uerbi.* In*ſultat in caput noſtrum.* Verſi. 13.

Cooptari *omnes illos quidem neceſſe eſt, ſed ex prima claſſe, deinde totidem ex ſecunda.)* αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρώτου τιμήματος, εἶτα πάλιν ἴσους ἐκ τοῦ δευτέρου. Cooptari *pro eo quod eſt ferre ſuffragiũ, dicis: deinde nõ animaduertis in oratione priore* τὸ πάντες *eſſe pri mi caſus, in poſteriore* τὸ ἴσους *eſſe quarti: ſed reddis eodẽ modo.* Nec *omnes cooptantur ex claſſe prima, ut ſomnias, ſed tantũ nonaginta. nec omnes ex ſecũda, tertia, quarta, ſed ex ſingulis nonageni. quũ ſint tãtum quatuor claſſes, & omnes ciues ex omnibus cooptentur, ut uis, omnes ciues tua ſententia erunt ſenatores.* Itaque *tota tua oratio deflectit à uero, quia reddis* αἱρεῖσθαι *cooptari, non ſuffragium ferre.* Túne *doces nos quî locus hic capi, quî explicari debeat?* Et *illum omnino corrumpis, & quidnam contineat, minime uides.* At, *inquies, aliter* Ari*ſtot. uerba conuerto, aliter in annot. dico.* Demiror, *perperam conuertis, non improbè quid* Plato *loquatur interpretaris.* Medice *cura teipſum.* Quid *abſurdum magis, quàm quod ita ſcribis, ex quarta claſſe ij ſoli neceſſariò cooptandi ſunt qui ſunt primæ & ſecũdæ?* Quomodo *le-* Verſi. 25.

gi poſſunt ex quarta claſſe ij qui ſunt primæ & ſecundæ, quum alia ſit prima claſſis & ſecunda, alia quarta? Fatere tandẽ te iudicio carere, & deſine ſapientiſſimè ſcripta peruertere. Quid ais? futuri ſunt plures ex maximo cenſu, quia nõ ſunt cooptati neceſſarió. Itáne ueró? Si ex ſingulis claſſibus nonageni legentur, nec plures nec pauciores, quî futuri ſunt plures ex maximo cẽſu? Locus Ariſt. inquis, facilè corrigi poteſt. & paulò pòſt, Nihil immutandũ cenſui, ne corrumpere uiderer. Si facilè corrigi poteſt, cur non immutaſti? Cur uni plagæ quatuor addidiſti? Dicámne uerum? Iam ſecundus liber tuus à librario ſcriptus erat, quum uidiſti noſtrã hac de re ſentẽtiam. tũ uoluiſti ſanare quod interierat. Quin præuidebas? Liber noſter erat diuulgatus antequam tuus in manum librarij ueniſſet. Dictitare ſoles, Quæ Strebæus ſcripſit, haud uidi. Ego uerò tua uidi, & improbaui. Faciã ut fateare te mea uidiſſe. Vidiſti, ſed tu φίλαυτος temere improbaſti, & in hoc uno loco ſex ἀδυνάτα fieri poſſe dixiſti.

In caput quintum, Verſic. 2.

Sunt aliæ reſp. partim priuatorum, partim philoſophorum.) Num priuati & philoſophi opponuntur? Num priuati obtinuerũt remp.? ἰδιώτας, id eſt indoctos, ineptiſſimè reddidiſti priuatos. Hoc dicit Ariſtot. Aliæ ſunt reſp. cum indoctorum, tum ſapientium. At ἰδιώτης aliquando priuatum ſignificat. Neſcis diſtinguere notas uerborum.

Verſi. 3. *Quæ ad harum utranq; ſimilitudine propius accedũt, q̃ eæ ipſæ quæ cõſtitutæ ſunt, & ad quas uitæ ciuilis rationem omnes hoc tempore dirigũt.) πᾶσαι δὲ τῶν καθεστηκυιῶν καὶ καθ' ἃς πολιτεύονται νῦν, ἐγγύτεραί εἰσι τούτων ἀμφοτέρων. id eſt, omnes aliæ reſp. ab indoctis & doctis inſtitutæ, propius accedunt*

ad

ad eas quæ ſteterunt, & nunc ſunt, q̃ iſtæ duæ ſermone Socratis inſtitutæ. Quid ait Ioachimus? *Ariſtoteles negat,* Ioachimus *affirmat.* N*eſcit omnino quid loquatur.* Q*uî fit? neſcit græcorum* φράσις. Planè, *quæ ſequuntur oſtendunt.*

Si rectè conſtituantur fines & quaſi termini facultatũ.) τὸ περὶ τὰς οὐσίας τετάχθαι καλῶς. *id eſt, rerum poſſeſſiones bene conſtitutas eſſe.* Num *loquitur de finibus? num de terminis? num de finibus regundis?* Num *potius de ſolo, quàm de ſupellectili?* Verſi.8.

A*d poſſeſſionum æquationem. paulò pòſt iterum atque iterum, ad æquationem.)* V*idéſne ut hoc uerbum moleſtus obtrudat? propterea quòd apud* Ciceronem *legit æquationem bonorum, iam putat aliter dici non poſſe.* Itaque ἴσας κτήσεις, *id eſt pares facultates bonorum, non audebo conuertere ſine æquatione* Perionia. Verſi.12.

Illius omnis pertinet oratio & ſententia.) φησί, *id eſt dicit.* V*idéſne q̃ ſit copioſus hic orator, qui unum uerbum tam latè diffundit ubi nihil eſt neceſſe?* S*ed nihi non probatur quòd orationem ponit ante ſententiam, quia lingua* Phaleæ *non præuertebat illius mentem.* Verſi.13.

Q*uum primùm ciuitates conditæ ſunt.)* κατοικιζομένοις *non dicit, ut tu, quum ſunt conditæ, ſed quum primùm conduntur.* F*acile eſt, inquis, quum ſunt cõditæ: conditis iam illis, non item.* P*ræclarum dicendi genus.* Verſi.14.

Plato *certum quendam modum in iis concedendum cenſuit.)* Q*uid demonſtrat illud, iis?* I*am quod antecedit longius, uidere non poteſt.* Q*uid ſibi uult, quincuplum poſſeſſionum minutiſſimarum? Sic enim loqueris paulò pòſt,* πλεῖον τοῦ ἐλαχίστης, *id eſt auctiorem poſſeſſionem minimo cen-* Verſi.16.

ſu,uertis quincuplum poſſeſſionum minutiſſimarum.

Pag.2.uerſi.6. *Nulli etiam ueteres intellexiſſe uidentur.*)Carmen Heroicum tibi excidit imprudenti,quod oſtendit te neſcire numeros,quos alibi ſeruaſſe te falſo gloriaris. Hoc, inquit M. T.in oratione ſummum uitium.

Verſi.12. *Statum ciuitatis in populi imperium commutauit.*) δημοτικὴν ἐποίησε λίαν τὴν πολιτείαν αὐτῶν.id eſt,nimiùm popularem fecit eorum rempublicam.aliud dicis.

Verſi.15. *Aequatio quæ nimiùm magna ſit.*) Ariſtoteles nõ refert τὸ αὐτὴν πρὸς τὴν ἰσότητα,ἀλλὰ πρὸς τὴν οὐσίαν. Malè refers igitur. Num facit æquatio bonorum ut aut laute aut tenuiter uiuatur?

Verſi.22. *Phaleas dicet hoc à ſe cautum eſſe.*)Cicero tuus diceret, non,hoc eſſe cautum,ſed ea de re cautum eſſe.

Verſi.30. *Quoniam plerique in ſeditione ſunt*) οἱ μὲν γὰρ πολλοί. id id eſt imperita multitudo. Male uertis pleroſque, quia non animaduertis Ariſtotelem demonſtrare cur plebecula, cur patres diſſideant.

Pag.3.uerſi.2. *Inhiat honoribus tam bonus quàm malus.*) ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.Verſus eſt Heroicus, quem minime ſenſit hic noſter poeta, ubi ἐν δ' ἰῇ, τοῦτ' ἐστὶν ἐν δ' ἰσοτελείᾳ, improprie uertit inhiat. Et quoniã de uerſu loquimur,operæ precium eſt audire quæ ſcribit in hoc quintum caput ad finem. Duos facit uerſiculos iambicos trimetros, hoc modo,

Atque hæc obtinet,tum quadraginta percupit,
Vel certe ſibi eſſe uitalem uitam negat.

Leges carminis,inquit,in hoc uerbo uitalem nõ ſeruaui: ſed quia ſublato eo nõ fuiſſet tam illuſtris ſententia, id remanere malui. Illuſtris adeo uidetur hæc ſententia, ut illius ſeruandæ

uandæ gratia debeant leges carminis infringi. Quis ita fecit? quis tam ridicule factum purgauit? quis te coegit hoc facere? Fac ſic, Aut eſſe uitam negat uitalem ſibi. Id potes, qui admittis choreum & ſpondeum in ſede quarta: quod in ueteri comœdia non faciebant poëtæ. Quis eſt ſecundus pes in tuo uerſiculo? creticus. niſi fortè (ut es ignarus omnium penè rerum) putas ē in uerbo certè corripi. Potéſne ſecundo loco creticum ſtatuere pro iambo in carmine ſenario ueteris comœdiæ? Syllabam in quadraginta ſecundam corripis. ídne uidiſti? non, inquies. excuſaſſem, ſi forte uidiſſem. neſciebam eſſe longam. En tibi, qui, ſi dijs placet, emendat omnes.

Adducuntur *ut eos iuſtitiæ capiat obliuio.)* ἀδικήσωσιν. Verſi. 8.
Nónne pulchrè multis uerbis expreſſit unum græcum? Splēdidam tandem reperit orationem. Atqui multos iuſtitiæ capit obliuio, qui non ἀδικῶσι. *Adducuntur ut eos iuſtitiæ capiat obliuio,* N*ouum loquendi genus, & mihi inauditum.*

I*nduſtria.) Sic optimus interpres uertit* ἐργασίαν. P*auci* Verſi. 12.
norunt, inquit, meum genus interpretandi. Sané.

C*æteræ artes.)* αἱ γὰρ ἄλλαι. *aliæ, uoluptates ſcilicet. nō* Verſi. 14.
loquitur de artibus, ſed hoc dicit philoſophus, uoluptates hominum conſociationis indigere, præter uoluptatem philoſophiæ.

V*t omnium rerum nimias copias ſuppeditent.)* διὰ τὰς Verſi. 15.
ὑπερβολάς. *id eſt, propterea quòd nimium cupiunt. Quid iſte loquitur de nimijs copijs ſuppeditandis? ídne ſignificat* ὑπερβολή?

M*ulta inſtituit.)* πολλὰ βούλεται κατασκευάζειν. *id eſt, multa* Verſi. 20.
ſancire uult.

P*ræclarè ciues inter ſe in ciuili ſocietate ſe gerant.)* τοῦ Verſi. 22.

πρὸς αὐτοὺς.id eſt,quæ pertinet ad ipſos,male reddit inter ſe.

Verſi.14. *Contra uim hoſtiũ.)πρὸς τὴν πολεμικὴν ἰσχύν.id eſt ad bellicam uirtutem.non hoc dicit,contra uim hoſtium.*

Ibidem. *Itemq; poſſeſſionum diuitiarumq; copijs abundare debet.)ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς κτήσεως.id eſt,nihil quoq; dixit de opibus.Quò fertur iſte lege ſolutus?*

Pag.4. uer.1. *Qui pares ſint uiribus)ἴσων καὶ ὁμοίων,id eſt pariũ & ſimilium.Hæc duo uerba, quorum unum quantitatis,alterum qualitatis,minime diſtinxit.*

Verſi.3. *Intelligendum eſt magnas diuitiarum copias eſſe utiles.) ὅ,τι συμφέρει πλῆθος οὐσίας.id eſt, quæ uis opum ſalubris eſt. Inuertit hanc ſententiam, quia legebat ὅτι, non proſpiciens quæ ſequuntur.*

Verſi.5. *Modus cõſtituetur,ut ijs qui ſuperiores ſunt,non ſit bellũ utile propter earum nimiã affluentiam,ſed ita,quaſi nõ ſint tãtis opibus præditi.) Quid iſte loquatur,nullus intelliget.*

Verſi. 10. *Minore ſumptu captã.)Ariſt.nõ dicit minore ſumptu captam,ſed ἔλαττον τοῦτο λαβών.id eſt, accepto minore precio.*

Verſi.14. *Summi uiri.) χαρίεντες,id eſt gratioſi. potentes non ſemper ſunt uiri ſummi.*

Verſi.20. *Plerique uiuũt.) οἱ πολλοὶ ζῶσιν. id eſt,uulgus hominũ uiuit.ſed hoc iſti cõdonemus.Paulò poſt πλεονεκτεῖν dicit opes augere in immẽſum.De obſtãdo principijs nõ loquitur,quãquam id dicit philoſophus.ἐπιεικεῖς,id eſt æquos,uertit inſigni quadã probitate ornatos.ἥττους,id eſt pauciores,cõuertit inferiores,quũ Ariſt.dicat fore ut improbi non poſſint opes augere nimis,ſi ſint pauciores quàm probi.*

Pag.5. uerſi.3. *Si publici habendi ſunt ij qui publica opera & munia obeant.)Totum locum tenebris ſic obductum uoluit, aut illuſtrare*

luſtrare non potuit,ut neſcias quid ſibi uelit.

In *caput 6. uerſi. 2.*

Piræum incîdit.)Cicero epiſtola ad Atticum 123. *Venio ad* Pyræéa:*in quo magis reprehendendus ſum,quòd homo* Romanus *Piræéa ſcripſerim,non* Piræéum *(ſic enim omnes noſtri locuti ſunt)quàm quòd ĩn addiderim. Secutus ſum nõ dico* Cæcilium, *Mane ut ex portu in* Piræéum: *ſed* Terentium,

Heri aliquot adoleſcentuli coîmus in Piræéum.

Hæc Cicero. *Cur* Ciceronianus *hic noſter, qui non modò uiuos, ſed etiam mortuos ad* Ciceronem *uocat, à* Cicerone *defecit?Cur noluit* Piræéa *dicere,ut ille:aut* Piræéũ,*ut* Terentius *, ſed improbè dixit* Piræum? At,*inquiet,*Piræum *in quibuſdam codicibus legimus.* Deprauatè *quidem.* Metire *ſic octonarium uerſum,*

*Her'ali,quot ado,leſcen,tuli,coî,mus in,*Piræ,éum.

Piræeum Cicero *legebat,ut uides.* I *nunc , & gloriare te ineunte adoleſcentia ad* Ciceronis *imitationem contuliſſe,ut facis in præfatione quadam.*Piræéa *diximus quidẽ, ſed qui exierunt libri,deprauati ſunt. Calidè ſcriptum eſt pro calidæ, ut ſit,* Hippodamus *uiuebat luxurioſius & capillorum promiſſione,& ornamẽto ſumptuoſo, & ornatu ueſtis frugalis quidem, ſed calidæ.*

Agrũ etiam tres in partes diuiſit, in ſacrũ, in publicum, & in priuatum.Sacrum eum,unde ſacra dijs fierent:publicum eum,qui bellantibus uictum ſuppeditaret:priuatum, agricolarum.) Elegans *& pulchrum dicendi genus , ſi dijs placet.* Verſi. 13.

T*ria legum genera eſſe uoluit.)* ἄλτο δ' ἄδη τρία. Hic uide- Verſi.20.

re licet quàm propria uerba fugiat bonus interpres. V*o-luit pro exiſtimabat,genus pro ſpecie dicit,ut ille quem imi-tatur* Cicero.

Verſi.28. Non *ſuffragij uoce)* οὐ διὰ ψηφοφορίας.Hoc *uerbũ eſt am-biguum* ψηφοφορία,*ad uerba & ad calculos referri poteſt.* Ad *ſuffragium calculorum malui referri,quibus utebantur iudices,ut in comitijs reliqui.* Improbat Hippodamus, *quia non ſatis oſtendebant quæ ſententia ferretur, antequam li-teræ adſcriberentur.*

Pag.2.uerſi.2. *Neque enim hac ex parte hodie quicquam rectè cautum eſſe putabat.)de hoc loquendi genere ante dixi.*

Verſi.5. Vt *gloriam adipiſcerẽtur.)* ὅπως τυγχάνωσι τιμῆς. *ut præ-mio donarentur.* Iſte, Tulit *legem de ijs qui aliquid inue-niſſent,ut gloriam adipiſcerentur.quid ineptius?*

Verſi. 7. Q*uaſi nondum.)* ὡς *uerto quoniam, propterea quòd ad ſententiam accommodatius eſt.Iſte quum ponit quaſi & cũ, peruertit* Ariſtotelis *orationem.*

Verſi.15. O*pifices,aratores,& equeſter ordo.)* τὰ ὅπλα ἔχοντες.*id eſt ij quibus eſt ius armorum. Iſte ſibi uertendum putauit ordinem equeſtrem , quaſi eſſet eadem ratio* Græcis, *quæ* Romanis,*& quaſi omnes equites eſſent,nulli pedites.*

Verſi. 19. *Cum neceſſe ſit.)obſcœne dicitur,cũ neceſſe.uide* Cice-*ronem in* Oratore *, ubi demonſtrat cur ueteres dixerint nobiſcum.*

Verſi.22. Atqui.) ἀλλὰ *non ſemper aduerſatur.*Vide Bud*æum.hic perperam reddidiſti,ut alibi ſæpe.*

Verſi. 23. Q*ui arma ferunt.) Dij boni quoties iſte dixit in hoc li-bello,qui arma ferunt?qui gloriatur ſe uſum fuiſſe uarieta-te.quoties illud,mandare magiſtratus?Inops oſtentat opes.*

Equitum

Equitum.) μαχίμαν. Paulò pòſt, *Quæ cum nulla conſpi-* Pag.3.uerſi.7.
ret atque conſentiat) οὐδενὸς μετέχον. *Triumphat ſeriò noſter interpres.* Paulò pòſt, *Seret duabus familijs)* γεωργήσει δύο οἰκίας. Nec ita multò pòſt, *Res ad uiuendum neceſſarias)* τροφήν. Quid moror? *Omnia penè ſic detorquet, ut neſcias an Ariſtotelis uerba, an alia quædam uertat.*

Neque uerò lex de iudicijs rectè lata eſt, quæ uult in iu- Verſi.14.
dicijs adhiberi diſtinctionẽ, ſi omnino fiant) τὸ κρίνειν ἀξιοῦν διαιροῦντα τῆς κρίσεως ἁπλῶς γεγραμμένης. *id eſt, iudicare ſeparatim, ſcripta ſimpliciter ſententia, bonum ducit. Quid tibi uis quum dicis, uult adhiberi diſtinctionem, ſi omnino fiant?* Neſcis omnino quid græca complectantur.

Conferunt inter ſe arbitri capita rei de qua controuer- Verſi.17.
ſia eſt.) κοινολογοῦνται περὶ τῆς κρίσεως. *id eſt, cõferunt capita ac colloquuntur de ferenda ſententia. Dicendum id arbitros facere, quod nunc iudices, ut propoſita controuerſia conferant capita. Iſte uerò loquitur de capitibus cauſæ, non hominum, quaſi omni controuerſiæ multa ſint capita.*

Si crimẽ omnino, & ſine fraude in ius uocatũ ſit.) Quid Verſi.18.
eſt crimẽ omnino uocatũ? Sic dicit ἁπλῶς. *i. ſimpliciter.* Nouẽ.

Non *enim qui abſoluit, nihil deberi, ſed uiginti minas iu-* Verſi.19.
dicat.) H*æc uis eſt orationis tuæ, qui abſoluit, non iudicat nihil deberi, ſed uiginti minas deberi. Ariſt. uerò dicit, iudicat uiginti minas non deberi. inuertis igitur ſententiam.*

I*dq́; ſolum benigne audiendum eſt.)* εὐόφθαλμον ἀκοῦσαι Pag.4.uerſ.3.
μόνον. *hæc uerba non ſignificant quod benignè audiendũ eſt, ſed quod audientibus hilarem uultum oſtendit. uulgo dicitur pulchrũ auditu. Quum, inquit* Ariſt. *de præmijs dandis agitur, id arridet audientibus, ſed lex calumnias continet.*

Verſi.8. *Quum aſſeretur.)* τῷ λεχθέντι. *id eſt quod dictum fuerit utilius inuentum.*

Verſi.11. *Eius mentionem fecimus)cuius?*

Verſi.13. *Ac mea quidem ſententia mutari tolliq́; eas melius eſt.)* δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι τὸ κινεῖν. *id eſt, melius eſſe leges mutare poteſt uideri. Ariſtoteles tandem miſſam facit hanc quæſtionem, nec pronunciat ſint'ne mutãdæ patriæ leges, an nõ. Iſte uerò ſtatim pronunciat eſſe mutandas, & quod non eſt in græco, intrudit, ut falſa confirmet.*

Verſi.22. *Reliquæ leges ueterum inchoatæ.)* εὐήθη, *id eſt rudia, ſimplicia, imperitè condita, uertit iſte ridiculè inchoata.*

Ibidem. *Cumis lex eſt.)* ἐν κύμῃ, *id eſt Cumæ. Non utitur numero multitudinis, ut iſte temere. Quid ſi loquitur de Cuma Aſiæ, non de Cumis Campaniæ?*

Verſi.23. *Ex ſuis agnatis.)* συγγενῶν. *Neſcit iſte quid differãt agnati & cognati. Si id ſciret, cur potius diceret agnatos?*

Verſi.28. *Vt ſi eorum iudicijs ſtare abſurdum eſſe uideatur.)* ὥστ' ἄτοπον μένειν τοῖς τούτων δόγμασι. *id eſt, Itaque uidetur abſurdum decretis eorum ſtare. Adde quòd non reddit homo diligens* ὁμοίους εἶναι.

Pag.5.uerſi.1. *Accuratè ac limatè ſcribi omnia non poſſunt.) Quid agis de lima? Non eſt hic limandum, ſed ſpecies enumerandæ rerum. Paulò pòſt quid tibi uis quum dicis, omnino ſcribendum eſt neceſſario? Quid eſt hoc, omnino ſcribere neceſſario? O philoſophum nouum, & cæteris anteponendum. Limat quando noua cudenda ſunt: omnino ſcribit, quum ſumma tantùm genera ſunt notanda. Idémne omnino ſcribere, & uniuerſa genera complecti?*

Verſi.11. *Falſum eſt exemplum ſumptũ ab artibus.)* ψεῦδος τὸ παράδειγμα

παράδειγμα. Vertit ψῶδος ut ψῶλος, & κινεῖν tollere, quum ſit aliud mutare, aliud tollere.

In alias nouas commutatio naturæ.) Neſcio quomodo hoc uerbum naturæ addiderit. Non eſt in græco. In latino interturbat omnia. Verſi.15.

In caput 7. Verſi.4.

An aliquid cum fundamento, & cum forma illius reipublicæ quæ eis cõtrario nomine oppoſita eſt, cõueniat.) Quid ait optimus interpres? De quo nomine contrario loquitur? De qua nominis oppoſitione facit mentionem? Ariſtoteles, εἴ τι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν τρόπον ὑπεναντίως τῆς προκειμένης αὐτοῖς πολιτείας. Videndum, inquit, an reſpublica cæterorum habeat aliquid fini propoſito contrarium: an eò deducta eſt, quò minimè uolebat conditor. O dij immortales, Ideóne ſuſcipiebas hoc negocium, ut ignorantiam tuam in re tam leui patefaceres?

Quæ ad uictum cultúmque pertinent.) τὴν τῶν ἀναγκαίων σχολήν. Ariſtot. agit de ocio, Perionius de uictu, quum paulò pòſt à ſeruis ocium reipublicæ turbatum dicat philoſophus. Verſi.7.

Oppreſſerunt.) ἐπέθεντο. Rem amplificas, aut uerbum. Verſi.11.

Cum habeant etiam finitimos.) κεκτημένοις περιοίκους. id eſt, quũ ciuitates Cretæ habeant ſeruos agricolas, quos uocant περιοίκους. Non intellexit Perionius hoc nomen propriè ſumptum, ut ἄλωτες: quamobrem conuertit aliter q̃ debuit. Pag.2. uerſi.3.

Cum Achæis, Perrhæbis, & Magnetes.) Solæciſmus, cum Magnetes. Verſi.6.

Familiæ partes ſunt uir & mulier. Sic exiſtimandum eſt ciuitatem bifariam eſſe diuiſam in uirorum mulierúmque multitudinem.) Comparat uirum & mulierem cum uiris & Verſi.14.

K ij

*mulieribus.ingenioſe.*Ego *uerò confero maritum & uxorem cum uiris & mulieribus,imperite.*

Verſi.19. *Cum inſtitueret urbem continenter uiuere.)* Non *ſi dicimus,*Cum in*ſtitueret ad te ſcribere,ideo ſic loquimur,*C*ũ inſtitueret urbem totam continenter uiuere. nec probo quòd* πόλιν καρτερικῶς ζῆν *,uertis,urbẽ continenter uiuere.loquitur de laborum patientia, duraq́; uita,non de continentia.*

Verſi.25. Homines *ad rem militarem & bellicam apti ultra Gallos.)*ἄῤῥηνα, ἄῤῥηνα.Exultat Perionius *ſi inuenit quod pueri clamitant in faba ſe reperiſſe.* στρατιωτικοὶ*(inquit in annot.) dicuntur à* Cic.*apti ad rem militarem.* Nego. Q*uî probas iſtuc?dico* στρατιωτικοὺς *appellari qui in caſtris & in exercitu rem militarem didicerunt.* Eſt *puer aptus ad riſum,etiamſi non ridet:& puer aptus ad rem militarem,qui non eſt* στρατιωτικός.Deinde *non uides quàm puerile ſit philoſophiã tradentem obſeruare formulas aliquot eloquẽdi,& de ijs ſcribere commentarium:de rebus maximis ne uerbum quidem facere?*Dicã *quod res eſt:diutius in* Cicerone *uerſatus ſum quàm tu:uerba,contextum,numerum, res eius,tametſi parũ intelligo,tamen longe melius quàm* Perionius *intelligo.* Puderet *me referre in commentarium quæ tu, ſi philoſophiam tractarẽ.*Addis,ἔξω κελτῶν, *ultra* Celtas *dico.* Nec *enim de* Gallis *loquitur,ſed de ijs gentibus quæ ultra* Gallos *ſunt.* De *quibus,cedo?*Q*uæ ſunt illæ gentes? Quin ſcribis cur ita ſentias?*Oratio *tua te refutat.* Scribis *enim,*Muliebri *imperio reguntur quædam genera hominum, qui ſunt ad rem bellicam apti ultra* Gallos,*aut ſi qui ſunt alij apud quos concubitus marium probentur.*Q*uî fieri poteſt ut palàm probent cum maribus conſuetudinem,& imperio muliebri regantur?*

Quid

Quid magis contrarium? Certum *eſt igitur errare te.* At, *inquies,* Gallos *defendere cupiebam.* Bene *agis.* Neſcis ueteres *græcos* Celtarum *nomine non modò* Gallos *noſtros, ſed etiã tranſalpinos appellaſſe?* Ariſtoteles *hic agit de populo ſibi notiore, non de* Celtis *noſtris, quorum fama uix ad eum peruenerat.* Iam *quum* Cicero *dicat, probare palàm, cur* Ciceronianus *ita loquitur, perſpicuè probare? Cur addis illud, inter ſe, quod non eſt in græco? Cur de re fœda tam apertè loqueris? Quid? uidetúrne tibi pulchrũ & elegãs hoc loquẽdi genus,* Procliues *ſunt hi tales?* Paulò *pòſt dicis Spartas pro* Laconibus, *uſitatiore uerbo relicto.*

Quod fit, id fecerunt.) Pulchre. Pag.3.uerſi.6.

Matronis *Spartarum cõceſſa licẽtia.*) Iterum *dicit Spar-* Verſi.1.
tas pro Spartiatis, nequis putet optimum librarium & doctiſſimum negligentem fuiſſe.

Propter expeditiones.) Verbúmne Ciceronianum? διὰ Verſi.9.
τὰς στρατείας.

Verùm *quæ recta & optima ſit ciuitas.*) *nõ id ſignificat* Verſi. 17.
περὶ τοῦ ὀρθῶς.

Orbam *puellã.*) τὴν ἐπίκληρον *reddit orbam, quaſi uer-* Pag.4.uerſi.1.
bum græcum nihil aliud complectatur.

Illa *cui libet legat.*) οὗτος, *ille, non illa.* Verſi.2.

Regio *quæ poteſt.*) *melius ita,* Regio *quæ poterat.* Verſi.3.

Peditum *triginta millia.*) τρισμυρίους. Neſcio *quomodo* Verſi.4.
librarius noſter diligẽtiſſimus omniũ qui nunc ſunt, ſcripſit in libris noſtris tria pro triginta. Manifeſtum *eſt id nõ eſſe commiſſum mea culpa, quum ſit cuique notiſſimum quot ſint* τρισμύριοι: & *triginta ſcripſerim, ut liber manu ſcriptus oſtẽdit: & paulò pòſt* μυρίους *decem millia conuerterim.*

Verſi.8. *Fama eſt eos ſuperioribus regibus donaſſe aliquos ciuitate.)Quod genus loquẽdi?pro eo quod eſt,* Aiunt Lacedæmonios temporibus regum priorum donaſſe alios ciuitate. ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων.

Verſi. 20. *Ephori è populo omnes ſunt.)* Ariſt.*hîc* δῆμον *plebem dicit,non populum.* In *duabus proximis orationibus immutas uerborum tempora,etiamſi nihil eſt neceſſe.*

Pag.5. uerſi.5. *Stare partes omnes ciuitatis & permanere uelle debeat)* Relinquis *id uerbũ quod eſt minime relinquendũ,*Non *ſolũ uult permanere ciues,ſed in eodem ſtatu permanere.*

Verſi.8. *Ephoratus.)Vteris uerbo quod non modò apud Ciceronẽ (quem à teneris annis imitandũ tibi propoſuiſti)nõ reperitur,ſed etiã apud aliũ neminẽ.Cur tu paulò antea pertimidus & penè ſuperſtitioſus,eò ueniſti fiduciæ?Quid alijs poſtea non concedes?* Ephoratus,*inquis,dicitur ut tribunatus.*Experientia *dicitur ab experiente,ut ſcientia à ſciente.* Experientiam *reprehendis,ego iuſtius* Ephoratum *reprehẽdo.Si dicis* Ephoros, *cur non* Ephoriam *dices? quia* Ephorus *non deſinit in nus, ut tribunus, non ualet ea qua uteris analogia.*

Verſi. 10. *Hic magiſtratus mandari debuit omnibus, non ea ratione qua hodie mandatur.)* In *uno libello ſecundo centies dixiſti mandare magiſtratum, quaſi nihil aliud dici poſſit, aut aliud* Cicero *tuus nunquam dixerit. Quid in præfatione quadam gloriaris interpretationi uarietatem addidiſſe?*

Verſi. 11. *Iudicia eis qui ſunt uulgo,permiſſa ſunt.)Quos dicis eos qui ſunt uulgo?Quid loquitur* Ioachimus?*Inuſitatum dicẽdi genus, ij qui ſunt uulgo.* οἱ τυχόντες.

Quanquam

Quanquam enim hoc dici poteſt.) Male cohærent hæc Verſi. 19.
& quæ ſequuntur, Cum *autem ea ratione inſtituti ſint*
*&c.*Id *factum eſt quum tua non* Ariſtotelis *uerba ſeque-*
bare.

Rempublicam ſordide & ambitioſe adminiſtrant.) Hoc Verſi. 25.
interponis de tuo.

Qui dignus ſit.) ἀξιωθησόμενος τῆς ἀρχῆς.*id eſt, dignus im-* Pag.6.uerſi.2.
perio iudicandus.

Debet & uoluntate ſua & inuitus uenire ad imperium) Verſi. 3.
Quomodo ueniet & uoluntate ſua, & inuitus ? Male con-
uertis καὶ βουλόμενον καὶ μὴ βουλόμενον.

Legumlator miſit, & exiſtimauit.) ἐξέπεμπον καὶ ἐνόμιζον. Verſi.16.
id eſt, Lacedæmonij *mittebant & exiſtimabant.* Dices, *hæc*
ſcio. quid tum poſtea? Negligentiam *damno, quãquam igno-*
ras à philoſopho duo tempora eſſe diſtincta.

Admodũ pauperibus aditus patere nullo modo poteſt.) Verſi.25.
Quò patêre non poteſt? hoc non explicas, nec bene conuertis
ὅρον πότερον.

Alij nonnulli improbarunt, & rectè improbant.) Vitio- Verſi.28.
ſum eſt hoc ἀνακόλουθον.

In imperio conciderunt.) ἀπώλλυντο δὲ ἄρξαντες.*id eſt, per-* Pag.7.uerſi.7.
ibant imperium adepti.

Meliorem) κυριωτέραν *non dico meliorem (non enim* κύριος Verſi. 8.
idem eſt quod bonus) ſed hominis magis propriam.

Bona uirtute magis procedere quàm uitio exiſtimabãt.) Verſi. 10.
N*on mihi uideris capere philoſophi mentem.*Hoc *dicit,* La-
cones exiſtimant ea bona, de quibus uirtute potius quàm
uitio certatur: aut hoc, putant eſſe bona ea, quæ uirtute ma-
gis quàm uitio magna ſunt. περιμάχητοι *aliquando ma-*

gnum ſignificat.

In octauum caput, uerſiculo. 2.

Nam Cretum reſpublica Lacedæmoniorum imitata uidetur & dicitur) Ambiguitas uitioſa.

Pag.2.uerſi.1. *Tanquam Minos eas primus ſcripſerit.) Inepte conuertis ὡς tanquam, & ineptius rem in dubium uocas peruulgatam.*

Verſi.5. *Locus ad Triopium.) Tam Triopij locus eſt capiundus, quàm locus ad Triopium. Oſtendis ignorare te quid ſit περὶ τριόπιον.*

Verſi.7. *Inſulas alias depopulatus eſt.)* ἐχειρώσατο. *Budæus,* χειρῶ *inquit, ſubigo, mancipo. Perionius, depopulor. utri credimus? Ah, dubiúmne id eſt?*

Verſi. 11. *Sic apud Cretes accolæ.)* περιοίκους *antè conuertit finitimos, nunc uertit Accolas, & uult nomen Accolarum proprium uideri. id litera maiuſcula demonſtrat. Cur ergo non dicebat Perœcos ut Ilotas? Paulò pòſt, Et Gerones pares ſunt ſenibus.)* οἱ δὲ γέροντες τοῖς γέρουσιν ἴσοι. *id eſt, Senatores ſenatoribus pares. Gerones ab iſto dicuntur ſenatores Cretæ, ſenes autē ſenatores Spartæ, quum ſit idem uocabulū apud Ariſtotelem, non aliud nomen proprium, aliud cōmune. Idne ridiculum eſt?*

Verſi. 20. *Omnibus in ſenatu datur locus.)* ἐκκλησίας δὲ μετέχουσι πάντες. *Perperam ſenatum pro comitijs & cōcionibus uſurpas. In qua tandem ciuitate Senatus patuit omnibus? Nec erat dicendum, niſi ſenum decretis aſſentiatur, ſed, alia nulli datur authoritas, quàm ut plebs author fiat eorum quæ ſenatores decreuerint. ſic latini loquuntur.*

Verſi. 25. *In Creta hoc potius fit publice.)* κοινοτέρως, *id eſt communius*

munius.*Quis unquã dixit potius doctũ ꝑ doctiore,ut iſte?*

Ex *copijs quas accolæ afferunt.*) ἐκ φόρων οὓς φέρουσι οἱ περίοικοι.*id eſt,ex uectigalibus quæ pẽdũt* περίοικοι. *Quàm pulchrè dicit,*Ex *copijs quas accolæ afferunt?* Verſi.27.

Multa autẽ ſapienter.)Reliquiſti *duo uerba*,ὡς ὠφέλιμον. Verſi.30.

P*erſpicuum eſt igitur ea quæ ad communẽ uictum pertinẽt,melius apud* C*retas quàm* L*acedæmonios eſſe inſtituta.*)P*aulò antè ſic loquebare,Sodalitatis melius à* C*retibus quàm à* L*acedæmonijs habita ratio eſt.*I*d uarium quidem, ſed diſſentaneum.* Pag.3.uerſ.4.

V*t quiuis paſſim eum adipiſcatur.*)N*on aptius hic reddidiſti* τὸ τυχόντας,*quàm ſupra* E*os qui ſunt uulgo.* Verſi.8.

Q*ui* L*acedæmone creantur.*)M*allem dixiſſes, quod tam ſæpe dixiſti,ſenatores cooptantur,quàm creantur.* Verſi.14.

P*opulus in ocio uiuit.*)ἡσυχάζει.*i.nulla ſeditione cõcitatur.* Verſi.19.

E*x quo perſpicuum eſt hac deſcriptione particulam aliquam reip.non remp.ſed dominatum contineri.*) Q*uis ita loquitur præter* I*oachimum?* Verſi.30.

I*n caput* 9. V*erſi.*1.

C*arthaginenſes.*) C*arthaginienſes eſſe dicendum uerſus* E*nnianus oſtendit,*

H*oſtem qui feriet,mihi erit* C*arthaginienſis.*

I*ta ſcriptum reperiès in libris* F*robenianis.* I*ta loquendum* P*olitianus exiſtimat.*

C*æteris ualde diſſimiles.*)*Similis & diſſimilis quum de moribus dicuntur,cum ſecundo caſu iunguntur.* H*ic* C*icero diceret,*C*æterarum diſſimiles:ut de* O*rat.*E*xiſtimant artificium eſſe hoc quoddam non diſſimile cæterorum.* A*dde* ꝙ *loqueris de diſſimilitudine quum agendũ eſt de præſtantia.* Verſi.5.

Verſi.9. Neque ſeditionis, quod quidem commemoratione digna ſit, author.) Solœciſmus.

Verſi.11. Reipublicæ par eſt ac ſimilis.) Hæc duo uerba malè confundis. Par eſt quantitatis, ſimilis autem qualitatis.

Verſi.12. Centum quatuor uirorum.) Virûm κατὰ συγκοπὴν, non uirorum dicendum fuit, Ciceroniane mi. Cicero in Oratore, Planéq; duorumuirorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, aut decemuirorum litibus iudicandis, dico nunquam, quòd in his conſuetudo uaria non eſt. Centumuirûm ut decemuirûm dicendum.

Verſi.15. Regibus etiam atq; ſenatui eadem ratione reges ac ſenes qui illic inſtituti ſunt, reſpondent.) Oratio fœda ac putida.

Pag.2. uerſi.2. Etſi in ea gente qui ex ijs deligũtur, aliqua ſit uirtutis ſiue ætatis præſtantia.) Quid eſt hoc orationis?

Verſi.10. Omnino reip.) Quæ nomine generis appellatur κατ' ἐξοχὴν reſp. illam uocat Perionius omnino rempublicam.

Verſi.14. Non ſolũ ius eſt populo approbare ac ſequi magiſtratuũ ſententiã.) οὐ διακοῦσαι μόνον ἀποδιδόασι τῷ δήμῳ τὰ δόξαντα τοῖς ἄρχουσιν. id eſt, non populo modò exponũt ut audiat quæ decreuerint principes ciuitatis. Hæc græca nõ intelligebas, qui neſcio quid edebas de optimo genere interpretandi.

Verſi.18. Quinqueuiratus ab illis creatur.) A quibus? Non uidiſti. ὑφ' αὑτῶν, inquit Ariſtoteles, id eſt quinqueuiri leguntur à ſeipſis. Neſcis quid differũt hæc uerba, αὐτῶν, & αὑτῶν.

Pag.3. uerſi. 8. Ex genere optimati commutatio.) παρέκβασις non bene redditur commutatio.

Verſi.10. A decoro ne diſcedant.) μηδὲν ἀσχημονεῖν, id eſt, nihil agere turpe, male uertis decorum, quum decorum dicatur à græcis πρέπον.

Magiſtratus

Magiſtratus pecunia contenditur.) ὠνητὰς εἶν, id eſt uenales eſſe. Aliud eſt magiſtratum eſſe uenalem, aliud magiſtratum pecunia contendi. Verſi.13.

Iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiſcendi magiſtratus ſunt.) Διὸ δεῖ τοὺς δυναμένους ἀριστεύειν, τούτους ἄρχειν. Cui græco reddis illud, abiecta omni cunctatione? Quid loqueris de natura? Num omnia adiumenta rerum gerendarum habentur à natura? Non conuertis Ariſtotelem, ſed orationes aliorum more tuo ſupponis. Verſi.25.

Quo melius fuit, ſi legum ſcriptor bonorum uirorum copiam prouidebat fore, attamen eorum ocio conſulere.) τὸ προεῖτο ſignificátne quod prouidebat? προΐεμαι eſt proijcere & effundere, non prouidere. Hanc totam ſentētiam perperam reddidiſti, quia neſciebas quid eſſet προεῖτο. Ariſtoteles dicit, melius fuiſſe abijci curam diuitiarum, proſpici tranquillitati. Verſi.27.

In cap. 10. Verſic. 4.

Alij leges ſcripſerunt, quorum partim ſuis ciuitatibus, partim nonnullis gentibus & nationibus, quorum alij leges modo ſcripſerunt, alij etiam de repub.) Venuſtè ſanè repetis illud quorum, & ais illos de republica ſcripſiſſe, qui rempublicā condiderunt. πολιτείας, inquit Ariſtoteles, κατέστησαν. κατέστησαν ſcripſerunt uertiſti.

Eſſe ariopagi conſilium eius reip. propriū cui pauci præſint, magiſtratuū autē mandandorū rationē eius quæ in poteſtate eſt optimorū. Iudicia, popularis.) Sentíſne ſpinoſum loquendi genus, & odioſum, & obſcurum, circuitu moleſtū, uaſtitate uerbi mandandorum ruſticum, tota compoſitione Pag.2. uerſi. 1.

uitioſum? Quid dicis Ariopagum, nō Areopagum? ineptè loqueris. Arium pagum dicere potes, Ariopagum non potes. Dicitur ἀρειοπαγίτης, *non* ἀρεοπαγίτης. *Paulò pòſt iterum ponis Ariopagum, ne quis iſtuc librario det uitio.*

Verſi. 17. *Pernicioſosq́; patronos.)* δημαγωγός. *Non explicas uerbi naturam. Non enim omnes pernicioſi patroni ſunt* δημαγωγοί.

Verſi. 18. *Alioqui.)* οὐδὲ *non ſignificat alioqui.*

Verſi. 21. *Seruitute opprimi ſoleat.) Id non eſt in græcis codicibus.*

Verſi. 24. *Qui quingentos modios haberent.)* πεντακοσιομέδιμνοι. *Falleris, qui modium & medimnum ponis pro eodem, quum medimnus ſit menſura longè maior. Præterea confundis primum cenſum cum ſecundo, &* ζευγίτας *dicis qui habēt quingentos modios & iugera, quum* ζευγῖται *dicerētur ij qui ſecundæ claſſis eſſent. Vide Budæū, & ſcribe de magiſtratibus Athenienſiū. Si mihi auſcultaueris, nihil unquā ſcribes.*

Pag. 3. uerſi. 1. *Onomacritum.) non reddis* τὸ συνάγειν, καὶ τὸ δεινοῦ.

Verſi. 2. *Quò diuinatione admonitus acceſſiſſet.)* ἐπιδημοῦντα κατὰ τέχνην μαντικήν. *Non dicit quod tu, diuinatione admonitum in Cretam ueniſſe, ſed quòd uaticinandi peritus eſſet, peregrinari ſolitum.*

Verſi. 11. *Viſuntur.)* δεικνύουσι. *id eſt oſtendunt.*

Verſi. 18. *Leges Philolaus ſcripſit de procreandis liberis, quas uocant illi* τικτικούς.) *Codices qui uenerunt in manus meas, habent* θετικοὺς, *quos ego ſequi malui quàm Leonardi fidem, qui leges dicit proletarias, quia neſcio quid aliud legebat, quod omnes poſteriores præter te non probarunt. Quæro primū ubi legeris* τικτικόν? *Deinde, num à* τίκτω *uerbo temporis præſentis fiat hoc uerbale nomen? an à tertia perſona* παρακειμένου τοῦ παθητικοῦ, *ut à* κεῖται κειτικός? *Et tandē, quid*

in illo

in illo præterito habeat τὸ τίκτω*? N*æ *ridiculus es emendator.*Hoc *relinque munus ijs quibus eſt acre iudicium,& noſce te ipſum.* νομοθέτης *rectè dicitur, &* νόμος θετικός.

Niſi *iudicia de falſis teſtibus.)* αἱ δίκαι τῶν ψευδομαρτύρων. Q*uin dicis pœnas non iudicia, qui ſcribis te nunquam legiſſe* δίκην *pro iudicio?hîc* δίκαι *ſunt pœnæ.* Verſi. 22.

Lex de ebrietate.)*Sic uertimus* μέθην *ebrietatem.* Notũ *eſt omnibus qui uel græca mediocriter norunt, uocabulum. Sed quum librarius noſter uideret hac lege ſobrios conuiuijs præfici, ebrietatem mutauit in ſobrietatem: mallẽ id feciſſet in aquæ poculo.* Non *eſt hoc grande ſcelus.* Nam *ita* Plato *ſcripſit de ebrietate, ut ſcriberet de ſobrietate .* Sententia *manet eadem.* Verſi.27.

Draconis.) Non *reprehendo qui dicit* Draconem*:ego tamen* Dracontem,*ut* Tarchontem, Laocoontem, Xenophõtem, Alcimedontem,& *alia multa dico.* Ab *iſto dicitur* Androdamus,*à me* Androdamas,*ut* Polydamas *à* Perſio,*quia à græcis dicitur* Ἀνδροδάμας,*non* Ἀνδρόδαμος,*ut* ἱππόδαμος. Paulò *pòſt* τὴν ἐπίκληρον,*id eſt orbam puellam hæredem,cõuertit hæreditatem.* Verſi.30.

IN LIBRVM TERTIVM.

PRopoſita *eſt ad cõſiderandum ciuitas.)* πολιτείαν καὶ πόλιν *conuertit ciuitatem.* Cur *ita?* Neſcit. Rectène? Prauè,*quia* Ariſt. *incipit à minore ut ad maius perueniat, ut doceat tandem in alijs rebuſpublicis alios eſſe ciues.*Lege *duodecim uerſiculos ſequentes.* Verſi. 1.

Nunc *enim hac de re omnis eſt diſſenſio)* ἀμφισβητοῦσιν, *id eſt in dubitationem uocant.*Num *ſi de ciuitate ambigitur,* Verſi. 3.

iccirco hac de re omnis eſt diſſenſio? Iſte miſerè uerba quædam puerorum more ſequitur, græca non interpretatur.

Verſi.4. *Alij ciuitatem aiunt hanc attuliſſe dubitationem.)* οἱ μὲν φάσκοντες τὴν πόλιν πεπραχέναι τὴν πρᾶξιν. *id eſt, alij dicẽtes id quod actum eſt, egiſſe ciuitatẽ. Vbi legit iſte* πεπραχέναι *pro attuliſſe? Dij me ament, neſcit quid loquatur. Illius mentem uerba præuertunt.*

Verſi.5. *Imperij genus cui pauci præſint.) Dic mihi, ſi Craſſus, Pompeius, & Cæſar, non populus Romanus, aliquid decreuiſſent, & quiſpiam quæſiſſet, quis hoc egit, an pauci potentes, an populus: recténe reſponderes, Egit imperij genus cui pauci præſint? Quid abſurdum magis ac ridiculum? Nũc autem ſic reddis* ὀλιγαρχίαν, *& tu tibi places quum maximè ineptus es. Verba rebus, non autem res uerbis ſeruire debent. Hunc locum ſi noſſes, non ita reddidiſſes.*

Verſi.6. *Aut certè tyrannũ.)* ἢ τὸν τύραννον. *Cur addis illud, certe? putáſne duo pluráue dubia numerari?*

Verſi.9. *Quumq́; ciuitatis cõcretum quiddam ſit.) dicẽdum erat, quum ciuitas cõcretum quiddam ſit. Nũc è Ciceroniano factus es barbarus.*

Pag.2.uerſi.4. *Qui ciuitate donati ſunt.)* ποιητοὺς πολίτας, *ciues factos dicere cum F. Quintiliano, putauit eſſe periculoſum.*

Verſi.6. *Municipes eandem ciuitatem incolunt.) Non uideris intelligere qui ſint municipes.* μέτοικοι *non ſunt municipes. Heſychius,* μέτοικοι οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει. *Budæo* μετοικοῦντες *dicũtur qui patria pulſi, aut aliàs migrãtes aliò ſe cõtulerũt. Quod adducis ex Sexto Pompeio, frigidum eſt, ſi ſpectetur quid uelit Ariſtoteles.* μέτοικοι, *ut ait Heſychius, pendebant in annum drachmas xij. non Pompeiani municipes.*

Vt &

Vt & cauſam dicant) ὑπέχειν δίκην non eſt cauſam dicere, id eſt reum ſe tueri, ſed iudicium ſubire: quod latius patet. Verſi.8.

Municipes non omnino eius ſunt participes ſocietatis.) τὸ πολλαχοῦ non reddidiſti. Verſi.10.

Pueri qui nondum uirilem togam ſumpſerunt.) παῖδας τοὺς μήπω δι' ἡλικίαν ἐγγεγραμμένους. id eſt, pueros qui per ætatem nondum ſunt nomina profeſſi. Non uidet Perionius Ariſtotelem nihil loqui de toga uirili, qua ſoli Romani ſunt uſi, ſed ita loquitur ac ſi uerba Ciceronis de Romana pueritia explicaret. Sic dicit ciues ueteranos loquẽs de ſenibus qui ſunt ætate confecti, & ocio traditi. Verſi.11.

Iudex, & ſenator.) ἐκκλησιαστής, id eſt concionator, ab iſto dicitur ſenator. Verſi. 23.

Ob eam cauſam eis iter ad magiſtratum præcludant.) φαίη τις οὐδὲ μετέχειν διὰ ταῦτ' ἀρχῆς. id eſt, dicet aliquis nõ iccirco gerere magiſtratum. Aliud eſt iudici iter ad magiſtratum præcludere, aliud negare iudicis authoritatem nomine magiſtratus appellari debere. Verſi.24.

Ergo qui ciuis maximè ciues omnes de quibus dixi cõtinet.) Eſt'ne ciuis qui omnes ciues continet? Mira canis. Pag.3.uerſi.2.

Intelligendum eſt autem &c.) Nego te intelligere quid Ariſt. loquatur his totis quatuor uerſiculis. Græca facilia ſunt, quamobrem miror quomodo tam miſerè aberraueris, quomodo ſcripſeris ea quæ ne tu ipſe quidem capiebas. Verſi.3.

Labefactari nequeunt.) Ἀναμάρτητος non eſt qui labefactari nequit, (quid enim tam ſanctũ quod uiolari non poſſit?) ſed ἀναμάρτητος πολιτεία res eſt publica quæ bene conſtituta, ſtatum non mutauit in deterius. Verſi.10.

Nonnullis ciuitatibus nec populus eſt.) In quibus ciuita- Verſi.15.

tibus non eſt populus? Quî fieri poteſt ut populus nō ſit populus? Non oportuit hic δῆμον *conuertere populum, ſed populum in tribus ad ferēda ſuffragia diſtributum: nec* ἐκκλησίαν *ſenatum, ſed concionem.*

Verſi.16. *Ius dicunt uiciſſim)* κατὰ μέρος, *non hic uiciſſim uerti debet, ſed ſingulatim. id demonſtrant quæ ſequuntur.*

Verſi.21. *Magiſtratus perpetuus.)* ἀόριστος ἄρχων *non eſt magiſtratus perpetuus, ut ſomnias, ſed qui non habet certum munus & definitum, ut extraordinarius. Erras etiam quum addis de tuo, eorum magiſtratui certum tempus præſtitutum eſt. Ariſt. dicit, Iudex & concionator eſt magiſtratus in quibuſdam ciuitatibus, ab eo quem gerit honore publico definitus. id eſt legitimus, non extraordinarius.*

Verſi.24. *Iudiciorum poteſtas.)* τὸ βουλεύεσθαι καὶ δικάζειν *Ariſtoteles hic diſtinguit. Ioachimus uno & eodem nomine iudiciorum confundit.*

Pag.4.uerſi.1. *Auos duos.)* ἐπίπαππος *non eſt auus. Heſyc.* ἐπίπαππος ὁ τοῦ πάππου πατήρ.

Verſi.5. *Quòd non haberet quod diceret.)* ἀπορῶν, *id eſt dubitans. Non quiſquis dubitat, is non habet quod dicat. Quomodo ſermonis inopia Gorgiæ conuenit, qui ex tempore de omni re diſſerebat?*

Verſi.9. *Hoc unum ac ſimplex eſt.)* ἁπλῶν *dico non unum ac ſimplex, quia non eſt hæc uis orationis, ſed hanc definitionē imperitè traditā, Ciuis eſt, cuius uterq; parēs eſt. uel erat ciuis. Nam* ἁπλῶν *interdum pro imperito ponitur.*

Verſic.18. *Illud etiam quæri poteſt, ſit'ne ciuis quiſquam niſi iure ſit?) elegans dicendi genus. Ponis ibidem ciuem iniquum pro eo qui iniuria factus eſt ciuis. Sed hæc ſint candida. Quod*

ποιεῖ δὲ

ποιαίδ *reddis hunc uel illum, probare non poſſum.*

De eo *autem iure, an contra iura, cum eo prior cohæret quæſtio.)* Quid *ſibi uult iſtuc, de eo cum eo?* De *eo cum eo cohæret quæſtio.* Verſi.24.

Illud nonnulli quærunt, quando ciuitas fecit, & quando non ciuitas.) Hic *locus oſtendit te perperā conuertiſſe principium capitis huius.* Vide 4. *uerſiculum.* Verſi.25.

Tyrannus *eum ciuitate* donauerit.) τυράννου λαβόντος.id *eſt, quū tyrannus obligari & teneri uoluit.* Loquitur Ariſt. *de pactis, non de ciuitate* donanda. Verſi.30.

Vincendi *cauſa.)* τῷ κρατεῖν οὔσας.id *eſt ui potentiorum & dominatione continentur.* Inuertis *hanc totam ſententiam, ut proximam,* Quapropter *ſi nonnullæ reſpublicæ in poteſtate ſunt populi, &c.* Pag.5. uerſi. 1.

In *Caput* 2. V*erſic.* 11.

Cuiuſmodi *fortaſſe* eſt Babylon, *omniſq; quæ gentis potius quàm ciuitatis circunſcriptionem contineat)* ἔχει περιγραφήν. Cur *contineat potius quàm continet? deinde circunſcriptionem continet, an illa continetur?*

E*tſi ſemper alia aqua conſequatur, & alia erumpat.)* τοῦ μὲν ἐπιγινομένου, τοῦ δ' ὑπεξιόντος. Perperā *cōuertis, erumpat.* Non *enim loquitur de ea quæ erūpit aqua, ſed quæ ſequēti locum reliquit.* Non *obſeruas participiorum tempora.* Verſi.25.

An *homines ijdē dicēdi ſint, & urbs alia.)* Malè reddis *hic* πόλιν *urbem, quia loquitur* Ariſtot. *de eodem loco (ut ſuperiora demonſtrāt) quærit de ciuiū mutatione.* Id *quod dico, perſpicuum erit ſi legas quæ proximè ſequuntur.* Verſi.27.

In *cap.*3. V*erſic.*3.

Virtus *& officiū ciuis pingui* Minerua *exquirēda eſt.)*

M

Barbarum eſt iſtuc, officium exquirenda, & in puero caſtigandum. Quis in oratione ſic locutus eſt, uirtus & officium exquirenda?

Verſi.5. *Etſi diſſimilia ſint officia.) Quum etſi deſideret enunciandi modum ſæpius, cur aliud uerbũ quæris ubi nihil eſt neceſſe? Cur quod melius eſt, relinquis?*

Verſi.6. *Alius eſt remex, alius gubernator, alius proram regit, alius alio appellatur nomine.)* Hoc *ineptè ponis pro nomine, alius proram regit. Cur non utebare nomine, quum ſequeretur, alius alio appellatur nomine?*

Verſi.7. Hoc *perſpicuum eſt, quæ cuiuſq; accuratiſſimè tradetur definitio, eam officij propriã fore, itemq; cõmunem quandã in omnes eſſe caſurã.) Quid dicas, ego non intelligo, etiamſi græca teneo.* Ariſtoteles *non loquitur hic de definitione, ſed de propria ratione cuiuſque nautæ.*

Verſi.16. Et *quanquam perſpicuum eſt &c.)* Duas *ſententias diuerſas confundis in unam circunſcriptionem, nec intelligis uerba quæ profundis.*

Pag.2. uerſi.2. *Ciuium omnium eadem uirtus eſſe non poteſt.)* ἐπεὶ δ' ἀδύνατον ὁμοίους εἶναι πάντας τοὺς πολίτας. *quum ciues omnes ſimiles eſſe non poſſint.* Non *hic loquitur de eadem uirtute, quia bis idem fruſtra diceret, ſed de ciuiũ uarietate, de qua diſſerebat libro ſecundo aduerſus* Socratem. E*am diſſimilitudinem paulò pòſt oſtendit.*

Verſi.9. R*ei faciendæ ratio:)* κτήσεως *éſtne rei faciendæ ratio?*

Verſi.12. N*on eadem laus eſt eorum qui chorum agunt.)* De *laude non agitur, ſed officio & munere.*

Verſi.21. Et *ait* Euripides, N*e mihi decora, at quæ ciuitas deſiderat.)* N*oſti planè uerſus* Euripidis, *eundẽ'ne numerũ ſeruas?*

Virtus

Virtus & eum qui bene præeſt, & bonum uirum decet.) Non quæritur an uirtus deceat uirum, ſed an ſit habenda bono ciui. Verſi.24.

Iaſon ſe eſurire dicebat.) Loqueris de fame regnandi, an non? uerbum tuum non oſtendit. Verſi.28.

Quod in rebus neceſſarijs &c.) Neſcis quid hac oratione tota complecti uelis. ad quid refers illud, quod? Ad imperium. Dicis igitur non eſſe imperantis, ſcire imperare: quod falſum eſt. Pag.3.uerſi.6.

Vt nomen indicat.) quod nomen? Græcũ nomen fugis, latinum nullũ ponis, & dicis, ut nomẽ indicat. Ridiculum ſané. Verſi.12.

Antequam populi ſumma eſſet poteſtas.) πρὶν δῆμον γενέσθαι τὸν ἔσχατον. id eſt antequam ſordidi artifices in uiliſſimam plebeculam redacti eſſent. id eſt, ante claſſium diuiſionem. Vide num tua uerba demonſtrent id quod hæc Ariſtotelis. Verſi.15.

Niſi forte id ipſe per ſe deſideret.) εἰ μήποτε χρείας χάριν αὐτῷ πρὸς αὐτόν. Hæc non interpretaris, & orationem proximam non intelligis. Verſi.17.

Ordinem manipulúmque duxerit.) Non oſtendis quid ſit λοχαγὸς, & ταξιάρχης, quanquam diſcere poteras ab Orbicio. Quot uiros continet hic tuus ordo? quot manipulus? Verſi.23.

Iuſtitia, cuius plura ſunt genera.) εἴδη ἔχουσα, hæc refers ad iuſtitiam, quæ debent πρὸς τὴν ἀρετὴν referri. Hoc dicit Ariſtoteles, non eſt una uirtus boni uiri qui paret liber, ſed ſpecies habet quibus uiciſſim utetur quum imperabit, & quum parebit. Pag.4.uerſ.2.

Mulier ſecus ac debet faciat, ſi ornata ſit ut uir.) Non eſt probum loquendi genus quum ſic ab actionis uerbo πρὸς τὸ παθητικὸν itur. Verſi.5.

Verſ. 10. *Reliqua ſunt communes.)* Manifeſtus eſt ſolœciſmus, *reliqua uirtutes ſunt communes.* Non hoc ſcripſiſſem, niſi apud iſtum ſimilia multa uidiſſem.

Verſ. 21. *Vt hæc ipſa uirtus.)* τὴν τοιαύτην ἀρετήν. Non agitur de una quadã uirtute præſenti, ſed de omni quæ talis eſt qualem ſuprà demonſtrauit.

Verſ. 24. *Aut certè hoc noſtro ſermone nihil abſurdum dicemus effici.)* Quæ uis eſt huius orationis? in quo numero eſt quiſque futurus? aut nihil abſurdum dicemus. τὸ ἢ debuerat uertere an, conuertit aut, ſententiámque peruertit.

Pag. 5. uerſ. 1. *Ac olim quidem apud nonnullos ſerui erant & ij qui in ſordidis artibus uerſabantur.)* Cur ponis illud &, de tuo? non debet poni. Apud nonnullos (inquit) ſordidi artifices erant ſerui.

Verſ. 4. *Optimus ciuitatis ſtatus nõ faciet ciuem eum qui in ſordido quæſtu uerſabitur.)* ἡ δὲ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. id eſt, optima ciuitas non habebit eum ciuem qui exercet ſordidas artes. Quid ais de ſordido quæſtu? cur loqueris de futuro? Optima ciuitas aliquem faciet ciuem, qui in ſordido quæſtu, quũ pecunia corruptus fuerit, uerſabitur.

Verſ. 10. *Ex quibus perſpicuum eſt. Ex ijs quæ dicta ſunt.)* Non dicit hoc Ariſtot. nec loquitur de ſuperioribus, ſed de ijs quæ ſequuntur. Sententia demonſtrat. Lege proxima ſi tibi uidetur, & relege græca.

Verſ. 26. *Profertur lex de peregrinis.)* προσεφέλκεται καὶ τῶν ξένων ὁ νόμος. id eſt, ex peregrinis aliquos trahit lex. Cui uerbo græco reddis illud profertur? προσεφέλκομαι eſt idem quod attraho uel attrahor, ut notum eſt. ſed non uidebas cur Ariſtoteles uteretur ſecundo caſu, quia neſciebas ſuppreſſum

eſſe

eſſe uerbum τιλῶ. Vidéſne quàm miſerè cadas?

In quartum caput, uerſi.1. 2. 3.

Hæc expoſita ſunt, conſequens eſt, conſiderandum eſt, ponenda ſit, quotq; ſint, quæ ſit.) Vide quoties unum uerbũ poſueris in ambitu breui. hoc Ciceronianum eſt, credo: immo puerile balbutiendi genus.

Ratio ordóque ciuitatis.) πολίτευμα, id eſt adminiſtratio ciuitatis, ſiue adminiſtrandi genus. obſcurè ſic redditur, ratio ordóque ciuitatis. Verſi.6.

Pauci primas tenent in ciuitatibus quibus pauci præſunt.) Sapienter dictum, Vbi pauci primas tenent, ibi pauci primas tenent. Itáne loquitur Ariſtoteles? Verſi.8.

Quantum ad quenque bene beatéque uiuẽdi ratio pertinet) καθ' ὅσον ἐπιβάλλει μέρος ἑκάστῳ τοῦ ζῆν καλῶς. Hæc uerba ſic Budæus interpretatur, pro ea parte utilitatis quæ ad unumquenque attinet ad commodè uiuendum. Perionius non reddit τὸ μέρος: & quum agitur de commoditate uitæ, loquitur de bona beatáque uita, quaſi ſit idem commodè uiuere, & bene beatéque uiuere. Pag.2. uerſi.3.

Quædam copiarum affluentia.) εὐημερία non eſt copiarũ affluentia, ſed ſuauitas, delectatio, & εὐδαιμονία, inquit Heſychius. Verſi. 11.

Fortuitò.) κατὰ συμβεβηκός, per accidens uulgo dicitur. Audiui philoſophiæ doctiſſimos uiros qui dicerẽt te maximè falli, qui putares κατὰ συμβεβηκὸς uertendũ fortuitò uel fortuitu. Quod temere & caſu fit, id fortuitò fieri dicimus, ut Perionius quum ſcriberet orationem, in hexametrũ uerſum fortuitò incidit. non diceres κατὰ συμβεβηκός. Id uerò κατὰ συμβεβηκὸς fieri dicimus, quod alio fine propoſito fit Verſi. 16.

alterius cauſæ interiectu: ut imperium herile, de quo nunc agitur, tendit ad utilitatem domini, & hunc ſpectat propoſitum finem, tamen acceſſione quadam ſeruis utile eſt: Non *id fit temere, & caſu & fortuitò, quia non eſt incerta cauſa, ſed quum paratum ſit aliud, hoc accedit ac ſequitur.* De*ſine igitur gloriari quòd hoc tandem primus inueneris.* Ne*mo ſic loquetur niſi philoſophiæ maximè ignarus.*

Verſi.30. Magiſtratus *uiciſſim uolunt imperare.) amphibologia uitioſa, quòd magiſtratus poteſt eſſe recti caſus, tu uerò quartum uis accipi.*

Pag.3. uer.6. Antea *quū morboſi eſſent.)* νοσακεροῖς ὦσι.*id eſt, tū quum morbo laborant. de præſenti non de præterito loquitur.*

Verſi.11. Reſpublicæ,*imitatur.) Solœciſmus, ſed multis uerbis interiectis, quæ breuitatis cauſa reliqui, factus.*

In 5.*cap. uerſiculo 9.*

V*el multitudinis.) deſiderantur hæc uerba, uel unius uel paucorum.*

Pag.2.uerſi.3. D*ifficile eſt multos in omnibus uirtutibus excellere, ſed lōge difficillimum in uirtute bellica.)* Non *capis philoſophi mentem.*Non *iudicat quod tu, ſed difficillimum plures omni uirtute præditos eſſe, facillimum multitudinem uirtute bellica præſtare : quia, ut tuis uerbis utar, bellica uirtus ſedem habet in multis.*Retuliſti τὸ μάλιστα πρὸς τὸ χαλεπὸν,*debuiſti referre* πρὸς τὸ διαφέρειν ἐνδέχεται. *quod feciſſes ſi quæ ſequuntur prouidiſſes.*

Verſi.5. Equeſtris *ordo.) Suauius hoc, equeſter ordo, &* Cicero*nianum magis.*Non *probo quod* τὸ προπολεμοῦν *uertis ordinē equeſtrem, quum pertineat & ad pedites.*

Verſi.8. Ea *quæ eſt in optimorum̄ poteſtate, in eam cui pauci præſunt.*

ſunt.) Confuſe dictum. nam & Ariſtocratiæ pauci præſunt. Adeóne grande ſcelus dicere Ariſtocratiam, Democratiam, Oligarchiam, quum millies ſint iſta repetenda, & ſemel expoſita facilè intelligi poſſint? Ariſtocratiam Cicero dixit, cætera inueniremus ſi libri de republica extarent. Vt nunquam dixerit, quis uetat græcis uti quando latina deſunt? Sentíſne quàm moleſtum ſit treis aut quatuor περιφράσεις copulare? Dum uis aptior uideri, ſexcentis locis ineptus uideris.

Sicubi accidat ut inopum minor ſit numerus, iíque qui meliores ſint, plurimum poſſint in republica.) ἄν πως συμβαίνει τοὺς ἀπόρους ἐλάττους μὲν εἶναι τῶν εὐπόρων, κρείττους δ' ὄντας κυρίους εἶναι τῆς πολιτείας. id eſt, ſicubi accidat egentes & pauperes locupletibus eſſe pauciores quidem, potentiores tamen & dominos reip. Quid ais, plurimum poſſe qui meliores ſint? Verſi. 27.

Nominet rempublicam quæ in paucorũ ſit poteſtate, eam in qua præſunt locupletes, qui numero pauci ſint.) Quid nominet ſi nomen deeſt? Præclarum loquendi genus, & Ciceroniano dignum. Nonne melius iſtuc, Oligarchiam uocet, in qua pauci diuites obtinent principatum? Pag. 3. uerſi. 3.

Cum utriq; plurimum poſſunt.) κύριοι δ' ἑκάτεροι τῶν πολιτειῶν. id eſt utrique principes rectoresq́; ſuarum ciuitatũ. Qui ſummæ rei præſunt, ij plurimum poſſunt. nõ omnes qui plurimum poſſunt, reipublicæ præſunt. Verſi. 8.

In cap. 6. uerſiculo. 3.

Quodq́; ſit ius utriuſque reip.) quum paulò antè poſuiſſes nomẽ reipublicæ, nihil erat cur fruſtra repeteres.

Ius quoddam tenent.) ἅπτονται, attingunt. Quum loquatur Ariſtoteles de ijs qui partem iuris attingunt, totum non Verſi. 4.

aſſequuntur, & ἅπτεσθαι ſit attingere, non debuiſti linquere uerbum magis proprium. Addis, Nec totum ius perfecte enunciant. Quam iuris enunciationem prædicas?

Pag.2.uerſi.13. *Alij ſi ſint inæquales, alteri ſi par eorum.*) *Varietate capitur* Ioachimus.*iam ſic loquamur, homines alij ſunt docti & exculti, alteri rudes & inculti*

Pag.3.uerſi.7. *Pactorũ ratione tenetur.*) *Suauiter & propriè dictũ: ut illud paulò pòſt, Quæ uere hoc nomine nõ uerbo appellatur.*

Verſi.16. Lex *quaſi ſtipulatio.*) ὁ νόμος ἐγγυητής.*i.lex quaſi ſponſor. Pro ſpõſore ſtipulationem ponis. idẽne ſpõſor & ſtipulatio?*

Verſi. 19. *Vt muri eorũ* Megarenſium.) *Cur ponis illud eorũ? Perturbat orationem, quæ aliud quàm græca loquitur.*

Pag.4.uer.18. R*ationes uitæ uictúſq; cõmunis*) διαγωγαὶ τοῦ συζῆν. διαγωγὰς *uertit iſte rationẽ. Nulla pagina eſt in libellis eius quæ non habeat rationem decies ſæpiúsue repetitam.*

Verſi.21. *Ad quem omnia referantur.*) ταῦτα, *id eſt hæc de quibus agimus, uertis omnia.*

Verſi. 22. *Ciuitas eſt gẽtium.*) γενῶν, *id eſt familiarum. At etiã gens eſt familia. Sic eſt, ſed obſcure & ambigue locutus es.*

Verſi.24. *Ciuitas ponẽda eſt eſſe cõſtituta.*) Nouũ *loquendi genus.*

Verſi. 26. *Ii potius ciues ſunt.*) τούτοις τῆς πόλεως μέτεστι πλεῖον. *id eſt, Plus debetur illis boni ciuilis. Cur iſte* πλεῖον *conuertit potius? & paulò pòſt* λέγεται *attingere?*

In *cap.7. uerſiculo 2.*

Aut enim.) τὸ ἢ σύνδεσμος ἀπορηματικὸς *pro an. nam paulò ante dixit,* ἔχει δ' ἀπορίαν.

Verſi.3. Bonos) ἐπιεικεῖς & ἀγαθοὺς *conuertis eodem modo.*

Verſi.5. *Si pauperes quia uincunt numero, res copioſorum adminiſtrent.*) *Ariſtoteles, Quid ſi pauperes diuidant ſibi fortunas*

nas & bona locupletum? διανεῖμαι, quod eſt μερίζεσθαι, diuidere, conuertis adminiſtrare, & locum deprauas.

Iuſtum enim, ſi dijs placet, uiſum eſt ei.) ἔδοξε γὰρ νὴ Δία δικαίως. *id eſt, Id certè quidem iure fieri uiſum. Neſcis* οὐ τὸ *affirmantis eſſe? Tu quum dicis, ſi dijs placet, negas. ironia eſt pro negatione. Negas igitur quod Ariſtoteles affirmat. Ille ſic, Videtur æquum plebi bona diuitum uiritim partiri. Tu uerò ſic, Iuſtum plebi uiſum non eſt bona diuitum partiri. Nam illud, ſi dijs placet, dicitur* εἰρωνικῶς, *ac negat.* Verſi.6.

Perſpicuè euertent.) quod genus loquendi? pro eo quod eſt, non eſt dubium quin euertant. Verſi.9.

Legibus uim afferat.) Hoc uerbum νόμος *non eſt in græco, quid ais de legibus? Ariſt. dicit diuites haud aliter à tyranno q̃ à plebe dominante ſpoliari. non agit de legibus.* Verſi.14.

Si diuites adimãt res ſuas multitudini, & hoc iuſtum eſt, alterum etiam igitur eſt.) Dij boni, quod genus interpretãdi? Quærit Ariſt. nũ ſi diuites diriperent bona plebis, id eſſet iuſtum, & à ſuperiore malo diuerſum? Perionius non interrogat, ſed quod erat negandum, cõfirmat, & ἄρα *pro an uertit igitur, ac uerbo reciproco ſuas, abutitur. Paulò pòſt, An non neceſſe erit &c. utitur interrogatione, quæ apud Ariſt. nulla eſt.* οὐκοῦν *non ſemper eſt interrogantis.* Verſi.17.

Quæ ſunt à nobis diſputata.) περὶ τῶν ἠπορημένων. *id eſt, ab ijs quæ in controuerſiam adduximus.* Pag.2. uerſi.1.

Multitudinem autem imperare potius, quàm optimos qui pauci ſint, explicari, & in quadã quæſtione uerſari, ac fortaſſis uerum eſſe uideatur.) Balbus balbum rectius intelligit. Balbus erit quiſquis hæc intelliget. Hîc ἀπορίαν *conuer-* Verſi.3.

to ueriſimilitudinem, propterea quòd ſequitur ueritas, & quæ in controuerſiam adducuntur, debent eſſe ueriſimilia.

Verſi.17. Exquirunt *& ponderant.)* κρίνουσι. κρίνειν *eſt exquirere & ponderare?*

Verſi.22. Fict *ut pulchrior & præſtantior ſit huius imaginis oculus.)* κάλλιον ἔχειν τῶν γεγραμμένων. *i. ut ſit aliquid pulchrius quàm rei pictæ.* Neſcit Ioachimus *à græcis nomen comparationis caſui iungi ſecundo, à latinis ſexto. iccirco ſententiam peruertit.* Non *erat dicendum, ut præſtantior ſit huius imaginis oculus, ſed, ut aliquid ſit præſtantius uiui corporis quàm rei pictæ.*

Pag.3.uerſi.3. Aditum *patere.)* Quum *dixiſſes, pauperibus aditum patere ad ſummos magiſtratus haud eſſe tutum, retuliſti, negari eſſe formidoloſum.* Patere *& negari non ſunt antitheta. aptius igitur excludendi uerbum collocaſſes.*

Verſi.11. *Solis autem, gerendi magiſtratus poteſtatem non permittunt.)* ἄρχειν δὲ κατὰ μόνας οὐκ ἐῶσι. *id eſt,* Legumlatores *non ſinunt homines qui diuitiis & uirtute carēt, gerere magiſtratus quibus unus præeſt.* κατὰ μόνας ἀρχὰς *refers ad homines, referri debet ad honores.*

Verſi.12. Vt *enim uniuerſi tolerabili ſcientia doctrináque periti, permixti ſi ſint cum bonis, reipublicæ proſint:)* πάντες μὲν γὰρ ἔχουσι συνελθόντες ἱκανὴν αἴσθησιν, καὶ μιγνύμενοι τοῖς βελτίοσι τὰς πόλεις ὠφελοῦσι. *id eſt, omnes enim coacti & congregati, quantum ſat eſt de rebus ſentire poſſunt: quúmque melioribus miſcētur, ciuitatibus proſunt.* Quod *uerbum græcum ſignificat hic, tolerabili ſcientia doctrináq; peritos? quæ ſcientia tolerabilis eſt? quis ita loquitur, ſciētia peritus?* Cur *pro-*

ſint

ſint potius quàm proſunt? Quis utitur hac locutione, Vt lupi noctu exeant, quemadmodum fures, pro eo quod eſt, Vt lupi noctu exeũt, ſic & fures? Sic enim loqueris, Vt proſint, quemadmodum cibus.

Inſaluber cibus.) μὴ καθαρὰ τροφή, *non auſus eſt dicere Perionius alimentum impurum, id eſt græca ſequi.* Verſi.13.

Eodem modo de cæteris experientijs & artibus iudicandum eſt.) περὶ τὰς ἄλλας ἐμπειρίας. *Scribis in ſeptimum caput libri primi, te non eſſe dicturum* ἐμπειρίαν *experientiam pro exercitatione & uſu: nunc oblitus illius commentarij,* ἐμπειρίας *dicis experientias, quum & hic & illic capiatur hoc nomen eodem modo.* Verſi.19.

Iudicium tribuimus non minus eruditis quàm ijs qui artem ipſam tenent.) Oſtende quæſo quid uelis, & paulò pòſt quum ſic loqueris, Vt enim quorundam officiorum opera atque artificia cũ idiotis & inſcijs communicata ſint, at cum doctis certè magis. Verſi.24.

Et quod de nonnullis rebus.) Superuacaneum eſt illud quod, non ut quum dicitur, Quod ſi. Pag.4.uer.6.

Tam planum facit.) οὕτως *non refertur ad planum. Ariſtoteles dicit, prima quæſtio planum facit non aliud quicquã tam dominari quàm bonas leges oportere.* Pag.5.uerſi.1.

Eiúſque qui præſit, ſiue unus ſit, ſiue plures.) Pulchre, eius qui præſit ſi ſit plures. Quî fiet iſtuc? Verſi.2.

Omnino & totum explicare.) Omnino & totum ponit pro eodem, pro uniuerſo. Iſti aduerbia ſunt nomina. Verſi.3.

Reip. mutationem.) Remp. deprauatam uocat reip. mutationem, quaſi non poſſit in melius uerti reſpublica. Verſi.11.

In Caput 8. *Verſic.* 9.

Quarum autem rerum.) ποίων. *Tam loquitur Ariſtoteles de hominibus quàm de rebus, aut potius de hominibus paribus & imparibus.*

Verſi.18. *Quod perſpicuè falſum eſſe in cæteris artibus & ſcientijs perſpici licet.*) ἢ τοῦτο ἐπιπόλαιον τὸ ψεῦδος. *id eſt, An hoc apparet in ſummo falſum? Vt iſte ſeruat figuras? ut ducem propè ſequitur? Putat ſe uiciſſe Latinos omneis, quum dixit perſpicuè perſpici, relicta à ſuperficie ducta metaphora, non reddito uerbo* ἢ, *interrogatione mutata.*

Pag.2.uerſi.9. *Vnumquodque illorum, nobilitatem dico & pulchritudinem.*) *Vnumquodque pro utrouis dicit, aut utroque.*

Verſi.16. *Similis erit.*) ἀνάμιλλον, *id eſt æmulum, reddit ſimilem.*

Verſi.18. *Et plus omnino uirtutis præſtet magnitudo.*) καὶ πλεῖον ὑπερέχειν ὅλως ἀρετῆς μέγεθος. *id eſt, & longè ſuperat uirtutem magnitudo. Hæc non intelligit Ioachimus, nec quæ ſequuntur. Si hæc magnitudo illam ſuperet, perſpicuũ eſt hanc eſſe alicui parem. Vbi* τόδε *uertit hanc & illam: qui nos docet optimum genus interpretandi.*

Verſi.20. *Quod quoniam fieri non poteſt &c.*) *Hæc tota periodus græco minime reſpondet.*

Verſi.23. *Alij ualent tarditate.*) βραδεῖς. *Propriéne dictum, ualent tarditate, ut ualent celeritate?*

Verſi.25. *Harum rerum excellentia gloriam præripit.*) ἡ τούτων διαφορὰ λαμβάνει τὴν τιμήν. *id eſt, horum qui partim lenti, partim celeres ſunt, contentio, aufert precium, tardorum dedecus, uelocium honorem. Iſte* τὸ τούτων *refert ad res, quum Ariſtoteles dixerit* βραδεῖς καὶ ταχεῖς. & διαφορὰν *conuertit*

excellentiam,

excellentiam, τιμὴν gloriam, quum ſit utendum uerbis quæ dicantur & in laudem, & in uituperationem, qualia ſunt contentio & precium.

Superioribus rebus ſublatis nec ſtare, nec rectè habitari ciuitas poteſt.) Aliter philoſophus, *Sine prioribus ciuitas eſſe, ſine his pulchrè frequentari non poteſt.* Coniungit *iſte diuiſa.* Pag.3.uerſi.3.

Quod ad ciuitatis ſtatum attinet.) πρὸς τὸ πόλιν εἶναι. *id eſt, ut ſit ciuitas.* Ne *facillima quidem cõcipis, & pueriliter ſic loqueris, de omnibus horum rectè controuerſia uidetur eſſe.* Et *hic treis ſententias contiguas detorques in prauum.* Verſi.4.

Dixi *omnes iure quodammodo contendere, diuites, quòd plus agri occupant: liberi & nobiles, quòd eorum ſimilis cõditio eſt.)* Barbare *loqueris* Ciceroniane. *hæc oratio non eſt latina, dixi liberi & nobiles diſceptare.* Repetendum *uerbũ diſceptant, inquis.* Repeteres. Verſi. 15.

Quæſtio eſt.) πότερον ἀμφισβήτησις ἐστι. *id eſt ambigetúrne?* Dubitat Ariſtoteles, *confirmat* Perionius. Verſi.28.

Sed tamen ſi uidendum eſt, cum hæc in eodem tempore concurrunt, quo tandem modo explicãda ſint, quomodo explicandum erit?) Q*uæ ſunt hæc prodigia uerborum? Ecquid te pudet?* Pag.4.uerſi.3.

Quod eodem modo fiet, ſiquis generis nobilitate præſtet ijs qui de libertate contendent.) Nõ *hoc dicit philoſophus, ſed illud,* Eodem *modo ſiquis nobilitate excelleret, unus imperaret omnibus ijs qui libertate freti de imperio cõtendũt.* Verſi.13.

Spectari putent oportere.) Superuacuum eſt in oratione tua uerbum Spectari. Verſi.25.

Pag.5.uerſi.3. *Quod autē rectū eſt, æquabiliter intelligendū eſt.)* τὸ κατὰ ὀρθὸν ληπτέον ἴσως. *id eſt, deligendum eſt quod æqualiter eſt rectum.* Refers *illud æquabiliter, ad intelligendum, quum referat paulò pòſt* Ariſt. πρὸς τὸ ὀρθόν. *Lege quæ ſequuntur, & ſenties te lapſum fuiſſe.*

In *cap.* 9. *uerſiculo.* 17.

Solæ ex omnibus æquitatem perſequuntur maxime) διώκειν τὴν ἰσότητα, *æquabilitatem ſectari, male conuertis æquitatem.* Is'ne *perſequitur æquitatē, qui bonos uiros exigit ciuitate, ut tum populus* Athenienſis?

Pag.2.uerſi.1. *Quaſi uerò dignitate nautas longè multúmque ſuperaret)* Abuteris *illo quaſi uerò. negationem petit, hic autē confirmandum.*

Verſi.6. *Summa autē papauera decuſſiſſe.)* ἀφαιροῦντα τοὺς ὑπερέχοντας τῶν σταχύων. *id eſt ſpicas cæteris proceriores auferentem.)* Papauer *dicitur à græcis* μήκων, *non* στάχυς. στάχυς *autem eſt uel ſpica uel herba quædam non multum marrubio diſſimilis. Si dicit* Ariſtoteles *ſpicas, cur dicit* Ioachimus *papauera? At papauera decuſſit* Tarquinius *Superbus. Quid tū?* Num *icciroo aliud dices interpres?* Dicendum *tibi quod ſcripſit philoſophus, etiam ſi non eſſet uerum.* De *re* Periandri *loquimur: de qua ſic* Herodotus *interprete* Laurentio Valla, *Ingreſſus eſt rus, & quoddam ſatum & ſegetem interambulans, ſciſcitabatur hominem de ſuo aduētu, detrūcans atque abiiciens ut quanque uidebat ſpicam inter alias extantem.* Hic ἄρουραν *interpretor ſegetem, quia ponitur pro aruo ſegete ueſtito. tu uerò ſic conuertis, humo adæquaſſe,* ὁμαλῦναι τὴν ἄρουραν. Vidéſne *ut quū triūphare uis, è curru cadas?*

cadas? Deĩde, putáſne te rectè dicere hoc modo, quũ rei euẽtus ignarus caduceator, quid accidiſſet renunciaſſet &c. αἰτίαν, id eſt cauſam, uertis euentum, & tenebras obducis.

Qui potentes ſunt.) οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως. nõ exprimis uim horum uerborum. Verſi.14.

Vt primùm imperiũ tenuerunt.) ἐπεὶ γὰρ θᾶττον ἐγκρατῶς, ut primùm, inquit Perionius. Pauci *norũt hoc genus interpretandi.* Verſi.15.

At quæſtio hæc ad omnes reipublicæ formas rectas pertinet. πρόβλημα ſignificat & quæſtionem, & propugnaculum ac præſidium, ut hoc in loco. Iſte qui neq; de uerbis neq; de rebus iudicare poteſt, conuertit quæſtionem. Verſi.18.

Neque *pictor pedem feret ſuperantem, neque nauium faber in puppi aut alia parte nauis.) dicendum erat,* Neque *pictor pedem feret, neque faber puppim. Ariſt.* ὅτι γραφεὺς ἐάσειεν ἂν τὸν πόδα, ὅτι ναυπηγὸς πρύμναν. Verſi.24.

Si modò quum id faciunt, ipſorum & proprium imperiũ omnium utilitati conſulat) Quæ mens eſt orationis huius? εἰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ὠφελίμου ταῖς πόλεσιν οὔσης τοῦτο δρῶσι. *Si id faciunt quia imperium proprium ciuitatibus eſt utile.* Verſi.28.

E*a quæ de oſtraciſmo habita oratio eſt)* ὁ λόγος ὁ περὶ τὸν ὀστρακισμόν, *id eſt ratio oſtraciſmi. Iſte loquitur perinde atq; ſiquis orator de oſtraciſmo habuiſſet orationem.* Pag.3. uerſi.1.

A*equabile autem ius non eſſe, neque ius omnino, id etiã perſpici licet.)* ἴσως δὲ καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τοῦτο φανερόν. *Ariſtoteles non dicit ius oſtraciſmi nõ eſſe æquabile, quũ ſancitũ ſit ad æquandos ciues. Et hic* ἴσως *nõ ſignificat æquabiliter, ſed uacat. Nec dicit oſtraciſmi non omnino ius eſſe,* Verſi.7.

ſed oſtraciſmon aliquo iure niti, non tamen abſoluto.

Verſi. 14. *Vt ſi diuiſis imperijs, dignos ſe qui Ioui imperent, cenſeant.) Qui imperent? non oſtendis. Mutas caſum rectum in latinum, & uerbum obſcurum relinquis. Præterea non dicit Ariſtoteles, ut ſit eiuſmodi in ciuitatibus imperium ſempiternum, ſed ut ſimiles hominis uirtute eximij, in ciuitatibus perpetui ſint reges.*

In cap. 10. uerſiculo 5.

Vtrum è re ſit reip. parere regi, ſed alterius potius) πότερον συμφέρει βασιλεύεσθαι, ἀλλ' ἄλλη τὶς πολιτεία μᾶλλον. *an utile regnum, an potius aliud reipublicæ genus. Nemini dubium erit quin hic barbarè & obſcurè ſis locutus.*

Verſi. 7. *Vnum eſt eius genus) Cuius? Non eſt quò referre poſſis. Ariſt.* αὐτῶν, *id eſt ipſorum regum.*

Verſi. 10. *Nam reſpublica Lacedæmoniorum quanquam uidetur regia poteſtas &c.)* ἡ γὰρ ἐν τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ δοκεῖ εἶναι βασιλεία. *Non dicit rempublicam Laconum eſſe regnum (ſibi ipſe, ut tu tibi, contradiceret) ſed in eorum republica regiam poteſtatem maximè legibus tẽperari. Adde quòd repugnantia ſcribis, rempublicam eſſe regiam poteſtatẽ, & non habere omnium rerum poteſtatem. & diuiſa coniungis, & paulò pòſt* ἐν χειρὸς νόμῳ *nõ conuertis, quia quid uelit, nõ intelligis.*

Pag. 2. uerſi. 9. *Quem uerò pugna timidũ ipſe excedere cernam.) Verſus eſt puerilis & abiectus, Ipſe excedere cernã. Tres uerſiculi proximi, Ille canũ morſus non ſi uitarit hiãtes,*
Vulnificóſue auium laniato corpore rictus,
Propterea tutus poterit ſperare ſalutem:
nõ explicãt quod Homeri uerſus. interpres Homeri ſic, ὃς κε

θέλοντι

θέλοντι φεύγειν τὸν πόλεμον, οὐχ᾽ ἱκανὸν οὐδὲ αὔταρκες γενήσεται πρὸς τὸ μὴ ὑπὸ κυνῶν καὶ σαρκοφάγων ὀρνέων διασπασθῆναι. i. uolẽti fugere bellũ, non erit tanta uis, ut nõ à canibus auibusq; feris dilanietur. Vide quid ſcripſeris, ut τὸ ἀγρίων male conuerteris.

Barbari Græcorum ferunt principatum.) οἱ μὲν βάρβαροι τῶν ἑλλήνων δουλικώτεροι. id eſt, Barbari ſeruitutis patientiores quàm Græci. Nõ uidebas quò referri deberet τὸ τῶν ἑλλήνων, iccirco miſerè deerrabas. Ibidem, Aſiatici ij qui accolæ ſunt Europæ. pro eo quod eſt, Aſiatici ſunt magis patiẽtes ſeruitutis, quàm quos genuit & aluit Europa. nõ hoc olet optimum genus interpretandi? Verſi.21.

Aliud eſt, quo ueteres Græci quos æſymnetas uocant, utebantur.) Præclarũ dicendi genus, pro eo quod eſt, Aliud regum genus erat apud ueteres Græcos, æſymnetas uocãt. Tuum illud quos, uidetur ad Græcos referri, quum pertineat ad genus. Verſi.30.

In quodam opuſculo.) ἐν τινι σκολιῷ. Num σκολιὸν ſignificat quod opuſculum? Cur hic non conuertis τῆς πόλεως? Cur dicis ciuem urbis, ubi dicendum fuit, tyrannum urbis? Cur non oſtendis an Alcæus imperaret exulibus, an Mitylenæis? Pag.3. uerſi.9

Atque hæ quidem.) Quia Ariſtoteles habet τὸ αὗται, cõuertis hæ, quod uerbum non habet in oratione tua quò referri poſſit. Ille ſupprimit τὸ ἀρχαὶ: tibi uerò dicendum eſt hæ imperia uel regna uel genera, quia non aliud uerbum antè poſuiſti. Nec dices iſtuc, hæ regiæ poteſtates, quia paulò pòſt in eadem periodo tibi dicendum eſſet, Hæ regiæ poteſtates ad regias poteſtates pertinent, quod eſt abſurdum. σολοικίζεις igitur. Verſi.12.

Verſi.18. *Aut quia propagabant fines.)* ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, *num ſignificat quod ais, aut quia propagabant fines? immo uerò, aut quia conciliabant homines in unum.* Addis, *erántque ijs qui ab illis acceperant, patria hæc imperia. pro illo, à quibus heroes erant honore regio ſuſcepti, habebantur ut reges patrij.* Num ciues accipiebant patria imperia? *immo uerò dabant.* Erras *præterea quum paulò poſt dicis,* Hi quidem olim, *pro illo, qui priſcis temporibus.* Solis *regibus, pro regibus ſolum.* De *oratione extrema non loquor, propterea quòd ambiguitate non caret.*

In *caput* 11. Verſi. 3.

Imperator *erat rex.) aptius iſtuc,* Rex *ducebat copias.*

Verſi.11. *Quemadmodum.)* Hic *abuteris uerbo quemadmodum.*

Verſi.18. *Veluti ij qui in paucos habent imperium, ad eam pertineāt quæ omnino regia dicitur: ij autem qui in plures, ad* Lacedæmoniorum *rempublicam.)* O *dij boni, quid eſt hoc interpretationis, aut potius delirationis?* Ariſtoteles *hoc modo,* τῆς γὰρ ἄλλαι αἱ πολλαὶ μεταξὺ τούτων εἰσίν, ἐλαττόνων μὲν κύριοι τῆς παμβασιλείας, πλειόνων δ᾽ εἰσὶ τῆς λακωνικῆς. id *eſt,* Regni *ſpecies multæ ſunt aliæ intermediæ.* Nam *in earum poteſtate ſunt pauciora, quàm in pleno regis imperio: plura uerò quàm in* Laconico *regno.* Quid *ait* Ioachimus? *quid loquitur? quid dicit? quid ſibi uult? quin legit illud opus de optimo genere interpretandi?* Auſus *es hoc ſcribere ad* Epi-
» *ſcopum* Maclouienſem, Id *eò feci libētius, ut quoniam prio-*
» *res libros quos ab eodem auctore transtuliſſem, doctis o-*
» *mnibus probatos eſſe comperiebā, & quæ ſequuntur.* Com *periſtí ne?* Omnes *docti tam ſunt indocti, ut iſta probēt?* Iam

ſcio

ſcio te iudice me non eſſe doctum, qui nec probaui nec probare poſſum.

An ex genere, an ex certa parte.) Sic cõuerto, an genere, an propria ſorte, propterea quòd ſi capiamus genus pro ſumma imperij, non habebit locum proxima quæſtio. genus de familia dico, propriam ſortem de imperio à propinquis haud accepto. Verſi.22.

Leges uidentur ſemel ac omnino dicere.) Quid eſt hoc, ſemel ac omnino dicere? Explicare ſolum genus uniuerſum. O lepidũ caput. Niſi me græca docuiſſent, non intellexiſſem. Verſi.30.

Ius ſcriptum in quauis arte ualere ſtultum eſt.) Ariſtot. non tãtum de iure ſcripto loquitur, ſed de omni ſcripto quod aliquid ſequendum fugiendúmue docet. Pag.2. uerſi.2.

Scriptorem legis eſſe neceſſario.) Neceſſarium dicendum fuit. Verſi.12.

Docti & intelligentes.) συνιόντες, id eſt coacti, congregati, qui coierunt. Verſi.16.

Secum rem cõmunicabit.) συμβαλλόμενος non eſt qui rem communicabit, ſed qui confert aliquid: inde ſymbola nominata, unde mox ſimilitudinem ducit. Verſi.18.

Vnius de quaq; re iudicium.) εἷς ὁστισοῦν, id eſt unus quiſquis eſt. iſte, unus de quaque re. Verſi.22.

Quod ſi in multis hoc inuentu difficile eſt, at ſi multi ſunt boni uiri & ciues.) Nouũ loquendi genus, pro eo quod eſt, Quòd ſi in multis hoc inuentu difficile eſt, at non ſi multi ſunt boni uiri & ciues. Verſi.28.

An imperare debeant.) Non quærit an imperare debeant, ſed an corrumpentur? πότερον ὁ εἷς ἀδιαφθορώτερος ἄρ- Pag.3. uerſi.1.

Verſi.18. *Aut quia propagabant fines.)* ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, *num ſignificat quod ais, aut quia propagabant fines? immo uerò, aut quia conciliabant homines in unum.* Addis, *erántque ijs qui ab illis acceperant, patria hæc imperia. pro illo, à quibus heroes erant honore regio ſuſcepti, habebantur ut reges patrij. Num ciues accipiebant patria imperia? immo uerò dabant.* Erras *prӕterea quum paulò poſt dicis,* Hi *quidem olim, pro illo, qui priſcis temporibus. Solis regibus, pro regibus ſolum.* De oratione *extrema non loquor, propterea quòd ambiguitate non caret.*

In caput 11. Verſi. 3.

I*mperator erat rex.) aptius iſtuc,* R*ex ducebat copias.*

Verſi.11. Q*uemadmodum.)* Hic *abuteris uerbo quemadmodum.*

Verſi.18. V*eluti ij qui in paucos habent imperium, ad eam pertineãt quæ omnino regia dicitur: ij autem qui in plures, ad* L*acedæmoniorum rempublicam.)* O *dij boni, quid eſt hoc intèrpretationis, aut potius delirationis?* A*riſtoteles hoc modo,* τῆς γὰρ ἄλλαι αἱ πολλαὶ μεταξὺ τούτων εἰσίν, ἐλαττόνων μὲν ἢ κύριοι τῆς παμβασιλείας, πλειόνων δὲ εἰσὶ τῆς λακωνικῆς. *id eſt,* R*egni ſpecies multæ ſunt aliæ intermediæ.* N*am in earum poteſtate ſunt pauciora, quàm in pleno regis imperio: plura uerò quàm in* L*aconico regno.* Q*uid ait* I*oachimus? quid loquitur? quid dicit? quid ſibi uult? quin legit illud opus de optimo genere interpretandi?* A*uſus es hoc ſcribere ad* E*piſcopum* M*aclouienſem,* I*d eò feci libẽtius, ut quoniam priores libros quos ab eodem auctore tranſtuliſſem, doctis omnibus probatos eſſe comperiebã, & quæ ſequuntur.* C*omperiſti ne?* O*mnes docti tam ſunt indocti, ut iſta probẽt?* I*am*

ſcio

ſcio te iudice me non eſſe doctum, qui nec probaui nec probare poſſum.

An ex genere, an ex certa parte.) *Sic cõuerto, an genere, an propria ſorte, propterea quòd ſi capiamus genus pro ſumma imperij, non habebit locum proxima quæſtio. genus de familia dico, propriam ſortem de imperio à propinquis haud accepto.* Verſi.22.

Leges uidentur ſemel ac omnino dicere.) Quid eſt hoc, *ſemel ac omnino dicere?* Explicare *ſolum genus uniuerſum.* O *lepidũ caput.* Niſi *me græca docuiſſent, non intellexiſſem.* Verſi.30.

Ius ſcriptum in quauis arte ualere ſtultum eſt.) Ariſtot. *non tãtum de iure ſcripto loquitur, ſed de omni ſcripto quod aliquid ſequendum fugiendúmue docet.* Pag.2. uerſi.1.

Scriptorem legis eſſe neceſſario.) Neceſſarium *dicendum fuit.* Verſi.12.

Docti *& intelligentes.)* συνιόντες, *id eſt coacti, congregati, qui coierunt.* Verſi.16.

Secum rem cõmunicabit.) συμβαλλόμενος *non eſt qui rem communicabit, ſed qui confert aliquid: inde ſymbola nominata, unde mox ſimilitudinem ducit.* Verſi.18.

V*nius de quaq; re iudicium.)* εἷς ὁστισοῦν, *id eſt unus quiſquis eſt. iſte, unus de quaque re.* Verſi.22.

Q*uod ſi in multis hoc inuentu difficile eſt, at ſi multi ſunt boni uiri & ciues.)* Nouũ *loquendi genus, pro eo quod eſt,* Q*uòd ſi in multis hoc inuentu difficile eſt, at non ſi multi ſunt boni uiri & ciues.* Verſi.28.

A*n imperare debeant.)* Non *quærit an imperare debeant, ſed an corrumpentur?* πότερον ὁ εἷς ἀδιαφθορώτερος ἄρ- Pag.3. uerſi.1.

χον, ἢ μᾶλλον οἱ πλείους. *id eſt, an unus in magiſtratu difficilius corrumpitur, an plures?*

Verſi. 21. *Vt impetus fieret)* ὥστ' ἐπιθέσθαι. *id eſt, itaque multitudo conſpirauit, & aggreſſa eſt. Quod hoc loquendi genus,* Res *populi firmiores reddiderũt, ut impetus fieret? an diuites cõfirmarunt populum, ut impetus fieret in ipſos?* Eò *tendunt uerba tua.*

Verſi. 17. *Quum plus poſſit)* κύριος ὤν. *male reddis quum plus poſſit. id non cõgruit ſententiæ. dicẽdum erat, is cui ſumma rerũ poteſtas, non tradet filijs imperium.*

Pag. 4. uer. 9. A *multitudine autem coerceatur.)* Sapienter *dictum ab eo qui nugas iſtas ſcribit ad regem,* Tantæ *uires & copiæ* Regi *dari debent, ut à multitudine coerceatur.* Ariſtoteles *aliter,* Opus *eſt regi potẽtia, nõ qua ciuiũ uniuerſitatẽ ſuperet.* Dãtúrne *cuiq; uires ut coerceatur, an ut coerceat?* Quæ *proximè ſequũtur, ſunt ineptiſſima.* Sed *aliò trãſeamus.*

In caput. 12 uerſiculo 6.

Iuriſdictionis.) διοίκησις *non ſignificat iuris dictionem.*

Verſi. 8. *Quadã parte minor.)* κατά τι μέρος ἔλαττον. *uertis hæc nõ aliter quàm ſi eſſet* ἐλάττων ἀρχῆ.

Verſi. 12. *Vbi)* ὅπου *conuerto quandoquidem, non ubi, quia hoc in loco præponitur argumento.*

Verſi. 13. *Nã cũ inter eos, & quæ ſequuntur.)* Diſtorta *periodus.*

Pag. 2. uerſi. 7. Nam *quum aliqui qui præſint, debeant eſſe neceſſariò, non tamen unum hunc præeſſe æquum eſſe confirmant.)* Sic *loquitur iſte, quum dicendum eſt,* Eſſe *quidem magiſtratus eſt neceſſe: ſed unum præfici nõ putant æquum.* Elegãtiæ *cauſa ponit illud tamen.*

Et

Et magiſtratus & optimus quiſq; à recta uia detorqueãtur) καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει, καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. *id eſt,Et ira peruertit eos qui præſunt,etiamſi optimi ſunt uiri. Iſte iram coniungit orationi ſuperiori: & quæ de iiſdẽ ſunt dicta,refert ad diuerſos.* Verſi.17.

Qui etiã cum priſtinam ualetudinẽ reſtituerint,mercedẽ ab ægrotis ſe negãt accepturos.) ἀλλ' αἴρνυνται τὸν μισθὸν τοὺς κάμνοντας ὑγιάσαντες.*id eſt,Sed quum ſanarunt ægros, accipiunt mercedem. Iſte dicit contrarium . Cur ita?neſcio, niſi quòd putabat* ἄρνυμαι *&* αἴρνομαι *idem eſſe:ſed falſus eſt.* αἴρνυται,*inquit* Heſychius,λαμβάνει. Verſi.23.

Illi in ciuilibus magiſtratibus.) οἱ ἐν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς,*id eſt qui gerunt magiſtratus ciuitatis.utitur iſte latinè phraſi græca.* Verſi.24.

Præterea quòd uir bonus quia præſtantior eſt,dignus eſt principatu,atqui uni duo boni anteponuntur.)Quum uertit ὥσπερ *quia,nõ ſi,relinquit orationẽ imperfectam.Paulò pòſt,* τοῦτο γάρ ἐστι τό.*reddit, id eſt quod dici ſolet, quaſi prouerbiũ ſit uulgare,non carmen* Homeri. Pag.3 uer.10.

Non poteſt diſtinguere lex, nec diſtinguere potuiſſet.) Verſi.15.16. *Vtrunque ineptũ.& hoc paulò pòſt,Quandoquidem quæ ipſa poteſt,nemini dubium eſt ea quin præſcribat.*Paulò pòſt *in eadẽ periodo ponit hæc,*Alia *ſunt,circũſcribi poſſunt,alia non poſſunt, hæc ipſa ſunt, nata quæſtio eſt.*Paulo *poſt,Sed hoc unum efficiunt,addit de ſuo.In eodẽ capite confuſe ſcribit hoc modo,Quorum qui amici nõ ſunt,eius qui ſolus præeſt,qui amici,& illius & imperij uoluntati obtemperabunt, cum ſit amicus par ac ſimilis.*Ponit, *quiddã ſeruilis imperij,*

pro illo, eſt aliquid natum ad dominũ ferendum. Tyrannorũ non eſt naturale, pro illo, Quod eſt tyrannicũ, minime naturale eſt. Quæ ſit multitudo quæ regali poteſtati pareat, pro illo, quid aptum ſit ad regem ferendum. Regiæ poteſtatis multitudo, pro eodem: neſcit quid ſit βασιλευτόν. Ineptè dicit, Ciuilis multitudo, quæ cum in ea multitudo etiam una eſſe ſoleat. Quid moror? Omnia penè quæ ſcribit, aut ſunt barbara, aut obſcura, aut contorta, aut inuſitata, aut affectata, aut male conſuta, aut decurtata, aut redundantia, aut repugnantia, aut falſa, aut à græcis abhorrentia. Nihil unquam uiderã tam fœdũ, tam deforme, tam prodigioſum paruo ſub fuco latêre. Sed his de rebus hactenus. Si cætera perſequi uelim, nullus erit finis. Quanto longius prodeo, tanto plura in eius oratione uitia comperio. Si mihi moueat ſtomachum, ex tam multis deligam pauca, quibus planum faciam infra ſcriptores omneis habendum.

FINIS.